00079917

00079917

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 17 May, 2019

Literary Society of Bombay
O
833·01
Rho/Hi
79917

Praefatio.

Quum eſſent dudum a doctiſſimis viris et litterarum harum criticaeque artis facultate maxime inſtructis [1]) vel promiſſae vel exſpectatae huius poëmatis, epicorum carminum ſeriorum facile praeſtantiſſimi, editiones, etſi deſtitui ſpem, certe differri, videram, tamen ego numquam ullo modo ſuſcipere imponive mihi eum laborem voluiſſem, niſi ante hos tres annos certiſſime ſperaſſem, ſcholia graeca, quae, ſeparatim edenda, redemtorem non facile inveniſſent, multis locis et modis vel locupletata vel emendata me daturum eſſe, et exiſtimaſſem, non inutilem fore editionem, quae et criticas et philologicas hiſtoricasque editorum ſuperiorum et aliorum interpretum copias congeſtas, examinatas, auctas expolitasque exhiberet. Nam, praeter *Ier. Hoelzlini* commentarium, in quo tamen non omnia ſunt futilia, *Io. Shawii* ſelectas ex aliis adnotationes, et indicem verborum copioſum, *R. F. Ph. Brunckii* criticas animadverſiones, *Flanginii*, eccl. Romanae ſacrorum antiſtitis purpurati, archaeologicas et hiſtoricas, poterant et vero debebant, quae ſunt a *G. Arnaldo* [2]),

1) [illegible] b. *S. F. N. Moro*, *A. F. Wolfio*, *G. I. Hüſchkio* [illegible]s.

2) in Lectionum Gr. libris II, p. 235. ſſ.

Jortino 3), *Dorvillio* 4), *Pierſono* 5), *I. Toupio* 6), *I. F. Facio* 7), *A. Matthiae* 8), *Dav. Ruhnkenio* 9), *Gilb. Wakefieldo* 10) aliisque paſſim diſputata, in eam rem utiliter adhiberi, et augeri quadam ſubtilioris ſive examinis ſive illuſtrationis locorum plurium acceſſione. Vt vero ſcholia in hoc carmen, ex eruditiſſimis antiquorum Grammaticorum, inprimis *Lucilli Tarrhaei* commentariis excerpta, deſiderari a multis ſaepe cognoveram (neque enim Brunkio ea addere recentiſſimae editioni placuit, neque aliae facile emuntur editiones): ita ea digna eſſe exiſtimavi, in quibus emendandis, augendis, et exponendis verſaretur mea opera. Etenim quum celeberrimus, quem laudavi, Romanus carminis interpres oſtendiſſet, ſe noluiſſe attingere ſcholia, quae emendatiora et meliora in codicibus Vaticanis legerentur, verum hunc laborem integrum novo editori relinquere 11): *Philippus*

3) Obſervatt. Miſcell. Bat. IV, II, p. 192. ſſ.
4) Ad Obſervatt. miſcc. et Comm. ad Charit.
5) In Veriſimilium Libr. II.
6) Emendatt. in Suidam et Heſychium, voll. IV. Oxon.
7) Epiſtola critica in aliquot Orphei et Apollonii loca, Erl. 1772. 4.
8) Obſervationes Criticae, p. 29. ſſ.
9) Epiſtola critica ſecunda, ed. II. L. B. 1782. p. 189. ſſ.
10) In Silva Critica, Tomis V.
11) Verba in praef. T. II. ſunt haec: „Ha veramente l'eſame di queſti (quattro Codici) dato ancho motivo di eſtrarre e raccogliere, quanto ſervir potrebbe alla emendazione del teſto dello ſcoliaste, di cui potrebbeſebene per conſeguenza dare in un Terzo aggiunto Tomo una nuova riſtampa: ma come gia tutto ciò, che di più importante nel detto ſcoliaſte contienſi rapporto a Mitologia, a Geografia, a Storia ed a Critica, era da me preventivamente

Invernizius, Ariſtophanis editor clariſſimus, quae fuit Ipſius humanitas et benevolentia, ſponte ſignificavit, ſe per otium eſſe collaturum ſcholia illorum codicum cum editis et miſſurum quae enotaſſet. Cui amiciſſimo Viro etſi biennio abhinc Stephanianam editionem, cuius amplae orae codicum lectiones adſcriberentur, miſeram: tamen ſaeviſſimi belli furor impedivit, quo minus promiſſae copiae ad me perferrentur. Quae res ut morata eſt primi voluminis editionem: ita non, opinor, deſtituet communem ſpem et utilitatem.

Antequam vero de noſtrae editionis ratione et modo exponatur, primum dicendum eſſe videtur *de codicibus*, quos vel primi vel ſeriores editores adhibuerunt. Et Florentinae quidem, omnium primae, editionis auctor uſus eſſe videtur eo codice bibliothecae Laurent. Mediceae, de quo *Bandinius* diſputavit (Catal. Mſt. Grr. Bibl. Laur. Med. T. II. p. 86.). Quos vero ſcriptos libros ſe contuliſſe *Franc. Aſulanus* (in praef. ed. Venetae) glorietur, incertum non magis eſt, quam e quo codice Pariſina editio fuerit emendata. Neque certius innotuit codex ille *Odoardi Biſeti*, ex quo depromtae emendationes erant adſcriptae editionis Pariſinae

ſtato inſerito nella mia Oſſervazioni e Note, coſi ſembrata mi è queſta una inutile fatica, e la ideata aggiunta di neſſuna o poca utilità, ma ben ſolo di carico al lettore. Se però a qualche nuovo Editore di queſto Poëta, ſu'l quale ſi da valentuomini nella Germania impiegarviſi attualmente i loro ſtudj, pareſſe meglio ſoddisfatta la curioſità de' letterati, coll' aggiungervi ancora emendato il teſto degli ſcoliaſte; ſappiaſi che quanto anche in tal viſta da detti Codici ſi è ritratto, tutto a diſpoſizione ſi conſerve di chi farne voleſſe a pubblico beneſizio utile uſo.

exemplo, quod in Petri Francii bibliotheca fuit, teſte Fabricio [12]).

Codices alios pleroſque, in Bibliothecis variis ſervatos, indicavit *Jaegeri* et *Harleſii* diligentia (ad Fabricium l. l.) Ex iis per *Baſſium* e Bibliotheca Regia Neapolitana accuratius cogniti ſunt Cod 82. (Fabric. Bibl. Gr. Vol. V. p. 779.) Apollonii liber 2. 3. et 4. pars uſque ad v. 494. codex chartaceus ſaeculi XV.;. Cod. 131. (ibid. p. 783.) Apollonii Argonautica cum verſione latina interlineari, cod. chart. Saec. XV., Cod. 222. (Fabr. l. l. p. 789.) Apollonii libri IV. Cod. membr. ſaec. XV., addi vero poteſt cod. Saec. XV. ſcriptus in Bibliotheca Barberina Romae, indicatus a Siebenkeeſio apud Harleſium Prolegg. ad Introd. in Hiſtor. Linguae Gr. T. I. (ed. ſec.) p. 62.

Accuratius vero innotuerunt Codices hi:

1. *Vratislavienſis*, in bibliotheca *Rhedigeriana*. Eum codicem, *Scheibelii* et *Manſoni*, VV. CC. benevolentia acceptum, contuli diligenter et cum Brunkii et cum antiquiorum editionum lectionibus, varietatemque omnem ſcripturae commentariis inſeram. Codicis membranacei, plura alia carmina complexi, aetatem et naturam quum copioſe Scheibelius in Cel. *Buhlii* praef. ad T. I. Phaenom. Arati p. XI. enarraſſet, non niſi admonendum eſſe duxi, eum, quamvis ſaeculo XV.

12) Bibl. Graec. Vol. IV, p. 269. ed. Harl. quo loco etiam aliae editiones, manuſcriptis Virorum Doctr. adnotationibus inſignes, commemoratae a b. Jaegero et Cel. Harleſio reperiuntur.

exeunte (1488.) ſcriptum, tamen et ex libro antiquiore bono deſcriptum, et ſatis diligenter eſſe exaratum, ita ut, ſi quid male eſſet ſcriptum, id aut in eadem litterarum ſerie corrigeretur, aut in linea ſuperiori emendaretur. Non raro tamen verba et vocabula male ſunt iuncta et diviſa (ut I, 53. 171.), omiſſa verba in margine ſupplentur (III, 311.), etiam verſus integri, qui exciderant (III, 812.), aliae etiam lectiones interdum notantur (ut IV, 17. ad πλῆσε in marg. eſt γρ. πλῆτο, add. IV, 367.), prioribus vocabulis eraſis alia nonnumquam e correctione ſunt ſcripta (II, 767.). Quos Critici notarunt ſpurios verſus, Codex cum aliis libris plerisque ſervat. Sunt, maxime ab initio librorum, vocabulis nonnullis interpretamenta adſcripta, pauciſſima etiam ſcholia ad marginem leguntur. Libro quarto ea gloſſemata rubro colore picta ſunt. Caeterum ut vita Apollonii et argumentum Argonauticorum carminis libris praemittuntur, ita in fine leguntur haec: ὀρφεὺς οἰάγρου παῖς. ἀστέριος κομήτου. ἰάμων ἀπόλλωνος. πολύφημος ἐλάτου. ἴφικλος φυλάκου. πολυδεύκης διός. ἄδμητος φέρητος. κάστωρ διός. εὔρυτος ἑρμοῦ. λυγκεὺς ἀφαρέως. ἐχίων ἑρμοῦ. ἴδας ἀφαρέως ἢ γνωτος αἰθαλείδης. περικλύμενος νηλέως· κόρωνος καινέως. ἀμφιδάμας ἀλεοῦ. μόψος ἀμφιλόχου· κηφεὺς ἀλεοῦ. εὐρυδάμας κτημένου. ἀγκαῖος λυκούργου. μενοίτυος (ſic) ἄκτορος. αἰγείας ἡλίου. εὐρυτίων τελέοντος. ἀστέριος ὑπερασίου. εὐρυκώτης ἀμφίων ὑπερασίου. ὀϊλεὺς εὔφημος ποσειδῶνος. κάνθος ἐργῖνος ποσειδῶνος. κλυτίος εὐρύτου. ἀγκαῖος ποσειδῶνος. ἴφιτος εὐρύτου. μελέαγρος οἰνέως. τελαμὼν αἰακοῦ. λαρκόων πόρθεως. πηλεὺς αἰακοῦ. πα-

λαιμόνος ἠφέστου (ſic). βούτης τελέοντος. ἴφικλος θεστίου. θησεὺς αἰγέως. ζήτης βορέου. τίφυς ἀγνίου. τάλαος βίαντος. ἄργος διός. ἀρήϊος βίαντος. ἰάσων αἴσονος. λεώδοκος βίαντος. ἡρακλῆς διός. ὕλας θειοδάμαντος. ναύπλιος κλυτωνίου ἢ ποσειδῶνος.

Codices *Vaticani*, quorum varietatem Italus editor volumini ſecundo praefixit, ſunt hi:

A. Membranaceus Palatino-Vaticanus, n. 280. ſaeculo XIII. accurate ſcriptus. Continet carmen cum ſcholiis veteribus, multo brevioribus, quam edita ſunt.

B. Chartaceus Palatino-Vaticanus, n. 150. videtur ſaeculo XV. ſcriptus, ſed minus diligenter. Scholia parum ab editis differunt, et deſunt libro IV.

C. Chartaceus Vaticanus n. 36.

D. Chartaceus Urbino-Vaticanus, plerumque cum praecedente conſpirans, ita ut uterque e communi exemplo deſcriptus eſſe videatur Saec. XV. Habet ſcholia vetera eadem, quae ſunt in Codice A. ſed edita ſunt manu ſeriori adjecta. In Codd. B. C. D. manus prima et ſecunda ſaepius diſcernuntur, codicibus B. et D. ſunt nonnullae lectiones propriae, At quamquam hi codices ſervant pleroſque verſus, quos recentiorum Criticorum acumen ſpurios eſſe vidit: tamen et nonnulli eorum deſunt, ut lib. II. verſus poſt 1117. male interpolatus, et alii male omittuntur, ut II, 807. III, 18. 1385. In cod. A. nonnumquam vocabulis ſunt interpretamenta ſuperſcripta. Verſus etiam interdum tranſpoſiti reperiuntur, ut IV, 913. ſ.

Quinque codices Pariſinae bibliothecae, quos Brunkius V. C. contulit, ſunt hi:

A. MMDCCXXVII. Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur Apollonii Rh. Argonauticorum libri quatuor. Paſſim inter lineas gloſſae; conjecta vero ad marginem ſcholia, in quibus non pauca e Stephano Byzantino ad verbum exſcripta reperias. Sequuntur vetera in Apollonium Scholia una cum Poëtae vita et operis argumento. Is codex ſaeculo XV. exaratus videtur. Catal. MSS. Bibl. Reg. T. II. p. 545.

B. MMDCCCXLVI. Codex bombycinus ſaec. XV. quo continentur Ap. Rh. Argonn. libri IV. Conjecta ad marginem Scholia in quasdam librorum illorum partes, quae e Tarrhaei, Sophoclis et Theonis commentariis excerpta dicuntur; ſunt autem eadem omnia cum editis. Subiiciuntur Apollonii vita et Argonautarum catalogus; nonnullorum tamen nomina deſiderantur. Cat. p. 560.

C. MMDCCXXVIII. Cod. chartaceus, olim Boiſtallerianus, quo continentur 1. Ap. Rh. Argonn. libri IV. 2. Arati Phaenomena. Codex manu Georgii Gregoropuli exaratus.

D. MMDCCXXIX. Cod. chartaceus Memmiano - Bigotianus, quo continentur Argonn. libri IV.

E. MDCCCXLV. Cod. chart. Saec. XV. olim Colbertinus, Argonn. libri IV.

In uſum ejusdem Argentoratenſis editoris contulerat *Io. Laur. Bleſſigius*, V. C. *codicem biblio-*

thecae Caeſareae Vindobonenſis cum editione Stephani, de quo codice non diligentius editor expoſuit.

Accepit vero, tribus editionis partibus jam abſolutis, ab Heynio, V. C. varias lectiones codicis *Medicei* et *Guelferbytani*, quas Appendici Notarum inſeruit. Guelferbytanus Codex eſt membranaceus, in forma quarta, ut vocant, ſaeculi undecimi, et continet non multas quidem, ſed nonnullas tamen minime ſpernendas lectiones, quae ſunt verba *Pierſoni* Veriſimil. p. 197. qui eius collationem a *Io. Aug. Erneſtio* acceperat.

Praeter illos unus eſt in notis Itali editoris rarius commemoratus (ut ad II, 1117.) codex ſaeculi XV. in bibliotheca Card. Zeladae Romae ſervatus, cuius lectiones velimus ab editore, non minus diligenter, quam Vaticanorum codicum varietatem, eſſe enotatas.

Codices hos omnes, quantum colligi poteſt e lectionibus, ſi eae ſunt diligenter et accurate notatae, videntur duo habere fontes, ſive fuerint duo prima, ex quibus peterentur exempla, ſive duplex carminis ipſius editio [13]), cuius diverſas lectiones ſingulae familiae codicum tenerent, ut iam alio loco eſt admonitum [14]), patebitque clarius, ſi omnis varietas vol. II. propoſita fuerit.

Editiones poëtae carminis, quas conſulere licuit, ſunt hae:

13) v. Ruhnken. Ep. Crit. II. p. 190. ff.
14) Obſervatt. critt. exegeticae I. p. VI. not. 8.

Prima omnium Florentina, quae a. XCVI. ſaeculi XV. prodiit quaternis ita, ut graeca oratio capitalibus litteris, ſcholia autem graeca minuſculis in omni ora libri ſcripta eſſent, per *Laur Flor. de Alopa*, quem editorem eſſe alii teſtati ſunt. Nam ei, quo uſus ſum exemplo, deeſt ipſa inſcriptio, ſed in fine legitur: ἐν Φλωρεντίᾳ, ἔτει χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἐνενηκοστῷ ἕκτῳ. Unde apparet, vere judicaſſe Reviczkyum (Bibl. Gr. et Lat. ed. ſecunda p. 37.), eos, qui anno 1498. prodiiſſe editionem ſcripſerint, eam non vidiſſe. Neque enim omnino diligenter ſatis hactenus collata eſt. Et quamquam non conſtat certo, qua fide editor in codicis lectionibus reddendis fuerit verſatus, tamen non me deprehendiſſe memini veſtigia correctae ingenii ope ſcripturae.

Secunda eſt editio Aldina, nitida illa, Venetiis in aedibus Aldi et Andreae ſoceri, menſe Aprili MDXXI. 8. min. Textui ſeparatim deſcripto ad calcem ſunt adiecta ſcholia. Franciſcus Aſulanus, ei editioni praefatus, de ſuo labore haec monuit: „ne me probatis hiſce in officiis defeſſum putetis, nunc vobis Apollonii Argonautica, optimis una cum commentariis, noſtris excuſa formulis, legenda offero; Quo in repurgando emendandoque opere pluribus optimis et antiquis manu ſcriptis exemplaribus uſus ſum. Non modicam praeterea mihi tulit operam Hercules mantuanus, multa juvenis humanitate, qui ſuum omne ſtudium, ſolertiam, operam, non in hoc modo, verum et in plerisque aliis recognoſcendis operibus aſſiduus praeſtitit, ac perpetuo, veluti

pro huius noſtrae literariae militiae ſtatione pervigil ſemper excubat.“ Quibus vero in locis, et quibus codicibus uſus, emendaverit editor poetae orationem, non indicatum inveni.

Tertia eſt Pariſina editio 1541. 8. quae ſcholiis deſtituitur. Prioribus eam emendatiorem et e ſcripto codice paſſim emendatam eſſe affirmat Brunkius in praefatione ſuae edit. p. IV.

Excepit eam Francofurtenſis, ex officina Brubachii 1546. 8. cuius inſcriptio haec eſt: ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ ΑΡΓΟΝΑΥΤΙΚΑ, ΜΕΤΑ ΤΩΝ παλαιῶν τε καὶ πάνυ ὠφελίμων σχολίων. Apollonii Rhodii Argonautica antiquis una et optimis cum commentariis. Francoforti ex officina Petri Brubachii. Anno Dom. MD. XLVI. Eius exemplum ad me e bibliotheca Cizenſi a Cl. et amiciſſimo *Müllero* miſſum eſt, quod Tho. Reineſius poſſedit, et cui Vir ille doctus nonnulla adſcripſit, cum in ipſo textu, tum maxime in ſcholiis. Nam praemittitur ipſi textui in hac editione index, quem idem Rein. aliquot in locis auxit, ad calcem vero ſcholia, ut in edit. Veneta, quam omnino Brubachius ſequitur, ſunt adiecta. Reineſii obſervationes ad Scholia ſuo loco exhibebuntur. Adduntur exemplo Reineſiano: Apollonii Rhodii Argonauticorum libri quatuor nunc primum latinitate donati atque in lucem editi. Ioanne Hartungo interprete. Acceſſit locuples rerum et verborum memorabilium Index (quem et ipſum docta Reineſii manus ſupplevit). Baſileae M.D.L. menſe Februario.

Quinta eſt *Baſileenſis* editio, graece, cum ſcholiis ſeparatim additis, et metrica latina verſione *Valentini Rotmari*, Salisburgenſis, ex offic. Henricpetrina, 8. et Rotmari quidem metrica verſio a. 1570. ſed ipſa carminis editio 1572. prodiit. (v. Harleſ. V. C. ad Fabric. IV. p. 269.) Expreſſit autem Aldinam et Francofurtenſem editionem.

Duobus annis poſt (1574.) Henricus Stephanus Apollonium edidit Genevae, Graece, ita ut Pariſinae editionis textum ex Florent. et Ald. edd., nonnumquam ex ingenio mutaret, graeca Scholia, ut in edit. Flor. factum erat, margini adderet, ad calcem reiiceret quasdam caſtigationes, et in praefatione quoque loca nonnulla cum poëtae tum ſcholiorum tractaret.

Sunt etiam Apollonii Argonautica *Iac. Lectii* Corpori poëtarum Graecorum, graece cum verſione Hartungi (Genevae 1606. f.) inſerta, ſed inter principes poëtas heroici carminis ab Henr. Stephano editos non leguntur. v. Reviczkyi Catalogus Bibl. p. 38.

Succeſſit editio Lugduno-Batava. Apollonii Rhodii Argonauticorum libri IV. ab *Ieremia Hölzlino* in Latinum converſi, commentario et notis illuſtrati, emaculati; Scholiis ad carmina numerato additis concinnati. Commentarius in verborum et rerum Indicem contractus. Lugd. Batavorum ex officina Elzeviriana. CIƆIƆCXLI. 8. Quae praeſtare voluerit, ex ipſius verbis optime cognoſcuntur. Nam in dedicatione quidem, e ſuffragio omnium Apollonius, inquit, author eſt

optimus, ipſius optima Scholia. At ille et iſta, negligentiae ſitu exeſa, falcem emuſcantis poſcebant inſtantiſſime. Sed nemo ſuſcipere laborem potuit, pauci perficere. Ac quicquid huius eſt mali, ex inopia codicis manuſcripti exiſtit. Quis enim tam felix ſit cerebri, ut, quae ibi luxata ſunt, inſtaurare ſolo animi iudicio queat. Ego, his omnibus difficultatibus contemtis, tandemque perruptis, ut mellitiſſimus videbatur author, eius illuſtrationem tentavi; Latinam interpretationem, qua vix inſulſius quid editum putem, mea ſubſtituenda abolevi, et reliqua exegi, quae divinum colluſtrare opus videri poterant.“ In Prolegomenis vero, quae jejuno modo et barbara oratione argumentum et virtutes carminis perſequuntur, non minus de ſua opera et in nova verſione conficienda et in commentario ſcribendo gloriatus eſt. Ea opera quam futilis ſaepe ſit, et in nugis tractandis verſetur, docuerunt recentiores interpretes. (Cf. Saxii Onomaſticon Vol. IV. p. 345.) Beneficio Cl. Hennigii contigit mihi huius editionis exemplum, quod b. Hillerus poſſederat, et cui doctae aliquot adnotationes ſunt adſcriptae

Quae CXXXVI. annis poſt excepit Batavam editio Oxonienſis, ea, quo magis formae externae elegantia et pretii caritate alias ſuperat, eo minus commendatur editoris diligentia. Inſcribitur ea ſic: Apollonii Rhodii Argonauticorum libri quatuor, edidit, nova fere interpretatione illuſtravit, priorum editorum notas praecipuas ſelegit, Sanctamandi nunquam prius editis nonnullas ſuas

adiecit, nec non indices tres addidit *Ioannes Shaw*, A. M. Coll. beatae Mariae Magdal. apud Oxon. Socius, Oxonii MDCCLXXVII. e typogr. Clarendon. II. Voll. 4 [15]. De opera ſua ita editor: „ Quod ad textum, inquit, attinet, ſecutus ſum Hoelzlinum, noviſſimum Apollonii editorem; qui, omnibus ſumma cum cura collatis exemplaribus (opus ſane poſt Stephani editionem, qui in hoc praecipue verſatus eſt, ut textum accuratiſſimum redderet, pene ſupervacaneum) nihil mihi ſine manuſcriptorum librorum auctoritate, quos nullos nanciſci poteram, mutandum reliquit: pauca admodum, quae optarem mutare. Invenies igitur nullas lectiones tanquam genuinas in textum temere et ex conjectura receptas, ſed vt veriſimiles tantum, et quas pro arbitrio vel admittas vel rejicias, in notis duntaxat memoratas. Quae porro apud unumquemque editorem alicuius nominis varie leguntur, horum omnium mentionem feci. Confido autem, erudite lector, te nullo modo exiſtimaturum, me, quod jam actum eſt, egiſſe, poëtam noſtrum nova fere interpretatione illuſtrando. Ut in hac re praecipue laborarem, perſuaſit mihi, quae apud Hoelzlinum legitur explicatio: ſi ea explicatio dici poſſit, quae ipſo auctore plerumque ſit obſcurior, quaeque ſaepiſſime vel per ſe ipſa nequeat intelligi. Hic enim veterem Hartungi interpretationem nihili habendo, et prae modeſtia ſua non aſſis aeſtimando (ut ipſe in Prolego-

15 Eſt mihi exemplar, quod Ioh. Toupius poſſedit, ſed nihil ille uſpiam adſcripſit, praeter ea, quae in fronte leguntur.

menis loquitur) ſenſum ab Apollonii mente plane abhorrentem lectoribus ſuis plurimis in locis obtruſit. Adeo ut audacter poſſim profiteri plus ſaepe facere Apollonium ad illuſtrandum Hoelzlinum, quam facit Hoelzlinus ad illuſtrandum Apollonium. Fuit profecto Hartungus ille fidus adeo interpres, ut verbum verbo de Graeca lingua in Latinam transferret, neglecto interim utriusque idiomate. Sed quantum vel hoc praeſtat licentiae, qua uſus eſt Hoelzlinus? Ego ſane ut planum et ſimplicem Authoris ſenſum elicerem, omni interpretationis fuco vacuum, ſummum ſtudium adhibui; nec interdum ab Hartungo mutuum accipere dedignatus ſum, niſi quando linguae Latinae vim faceret. Habes igitur, ni fallor, quod hactenus maxime erat deſideratum, interpretationem fidam ſatis, nec tamen, ut ſpero, prorſus inelegantem. De notis, quas ad finem operis adjeci, monendum te inprimis volo, me, quicquid ad explicandum Apollonium aliquo modo apud Stephanum, Hartungum, Holſtenium et Hoelzlinum, idoneum duxerim, id libenter transſcripſiſſe. Plurimas autem Hoelzlini notas penitus exulaſſe non erit cur mirabere. Nihil enim aliud mihi viſa eſt efficere longe maior pars earum annotationum, quas ille congeſſerat, quam ut his locis, quae per ſe ipſa luce eſſent clariora, denſiſſimas offunderent nebulas. — Occaſionem ultro oblatam lubens arripio agnoſcendi quantis me beneficiis devinxerit Franciſcus Upton. qui mihi Apollonii editionem Stephanicam, in qua notulae erant eruditionis plenae et animadverſio-

tes nonnullae in ſcholia a doctiſſimo viro Ioanne Upton - conſcriptae, amiciſſime commodavit, quae ſane magno mihi erant adjumento, dum vel iis conjecturis, quae antea mihi ipſi in mentem venerant, novas vires adderent, vel ea corrigenda ſuggererent, quae alioquin a me numquam fuiſſent excogitata. Notas Sanctamandeas ſua manu conſcriptas et in bibliotheca Bodleiana conſervatas, quas multas leges in libro primo, vix ad ſecundi dimidium pertingere mecum haud iniuria dolebis. „ Hae ipſae Sanctamandi notae, quarum magna eſſe exiſtimatio poterat apud eos, qui, quid ille vir Theocrito praeſtitiſſet, ſcirent, nullam habent novam ex libris ſcriptis varietatem, ſed continentur coniecturis, quibus poetae verba vel corrigantur vel explicentur, ſuntque breves et paucae. Oxonienſi editioni vix in mediocribus locum concedit Vir doctus in Bibl. Crit. Amſtelod. Vol. I. P. III. p. 113. et recte reprehendit editorem, quod Arnaldi, Pierſoni, Rhunkenii et aliorum labores non conſuluerit.

Iuſta illa reprehenſio permoviſſe Shawium videtur, ut duobus annis poſt repeti formulis Oxonienſibus Apollonium ſuum iuberet (1779. II. voll. 8.) augeretque animadverſionibus Ruhnkenii, Pierſoni, Arnaldi atque Toupii nonnullis adiectis. Quam editionem, mihi non cognitam antea, commemoravit Italus editor, idemque iudicavit, ne ſic quidem operam Shavii multum Apollonio profuiſſe. Verba eius (praef. T. I. p. XXI.) ſunt. „ Una tale replicata fatica del Shaw ſe non ha portato Apollonio a quel grado

di perfezione, cui era deſtinato in appreſſo, ha ſervito almeno per cominciar a diffondere il guſto e lo ſtudio.

Eodem vero tempore ſagaciſſimus veterum poetarum emendator, *Richardus Franc. Phil. Brunck*, ſuam Apollonio dicavit operam. Editio eius inſcripta eſt: Apollonii Rhodii Argonautica, e ſcriptis octo veteribus libris *), quorum plerique nondum collati fuerant, nunc primum emendate edidit *Rich. Fr. Phil. Brunck* — Argentorati MDCCLXXX. 8. Vti autem doctiſſimus editor carmen multis in locis non modo codicum auctoritate, ſed etiam vel ingenio, vel legibus grammaticis metricisve, a ſe ſcriptis, de quibus infra monebitur, fretus correxit: ita notas, quarum maxima pars eſt critica, textui ſubiecit, comparavit vero etiam nonnulla Virgilii loca cum Graecis. Sed de omni eius labore ita iudicatur a V. D. in Bibl. Amſtelod. Vol. II. P. II. p. 32. ſſ. ut etiam occurratur reprehenſioni mutatae iuſto ſaepius lectionis. Quam in rem conferendae etiam ſunt diſputationes Rhunkenii de nonnullis locis in noviſſima Ep. Crit. ſecundae editione. Verſionem Latinam omiſit, probante Batavo Critico, neque aut ſcholia, quorum ſumma eſt ad interpretationem locorum complurium utilitas, adiecit, aut ipſe ſenſum difficiliorum dictorum omnium explanavit.

Recentiſſima eſt ea editio, quam ſupra ſignificavimus Emin. Eccl. Rom. Purpuratum Patrem, *Flanginium*, verſione italica, commentariis, et

*) qui ſupra recenſiti ſunt.

monumentis artis, exornaſſe, quaeque eo diligentius eſt commemoranda, quo rarior eſt his in terris. Inſcribitur: L'Argonautica di Apollonio Rodio tradotta ed illuſtrata. Tomo primo. In Roma MDCCXCIV. quaternis, a ſpeſe di Venanzo Monaldini e Paolo Giunchi. Quae partim de fabula ipſa, argumento carminis, partim de poeta, partim de carminis virtutibus vitiisve doctiſſimus editor diſputavit; ea alio loco non negligentur. Nunc, quam operam contulerit, exponetur. Repetiit igitur textum carminis, cui adiuncta eſt italica verſio, ex Brunckii recenſione. Nam quum codices illos Vaticanos, de quibus dictum eſt, et quorum lectiones praecipuas ipſe vol. II. praef. p. VII. indicavit, ſerius contuliſſet, non potuit niſi varias lectiones inde excerptas, ſubiungere praefationi vol. II. p. VII. ſſ., ad textum ipſum emendandum non adhibuit. Quum vero duplex eſſet vertendi veteres ſcriptores in recentiores linguas genus, alterum liberius, alterum, quod non modo ſententias et figuras orationis exprimeret, ſed etiam verba paene adnumeraret; Editor ſuam verſionem, quae prima eſſet italica, iuſſit verba graeca ita fideliter et exacte reddere, ut nec ingenium vernaculi ſermonis, nec metricae verſionis leges laederentur. Cenſuit enim litteralem, quam appellant, verſionem optime reſpondere duplici conſilio, quod vel eorum utilitatem ſpectaret, qui, linguae graecae imperiti, vellent poëtae praeſtantis indolem et ingenium plane perſpicere, vel pertineret ad tironum exercitationem, qui litteris graecis initiati hunc auctorem tractarent. Neque tamen

impedivit hoc, quo minus brevitatem poetae longiore verborum circuitu interdum illuſtraret. Adnotationum duplex genus eſt, alterum brevius verbis poetae et verſionis ſubiectum, quo partim verſio ipſa aut defenditur, aut explanatur, doceturque nonnumquam, qui proprius ſit et verus verborum graecorum ſignificatus, partim de lectione monetur, partim conferuntur verſus aliorum poëtarum, vel antiquiorum, quos Apollonius imitatus ſit, vel poſteriorum, qui ipſi Apollonium expreſſerint. Neque vero eae ita copioſae ſunt animadverſiones, ut lectoris aſſiduitatem detineant et vel a poeta avocent. Alterum, ſingulis libris adiectum, multo eſt copioſius, et quae ex critica arte, antiquitate, mythologia, hiſtoria, geographia illuſtranda erant, perſequitur, praeeuntibus commentatoribus et antiquis et recentibus compoſitum, copiis doctrinae propriae mirifice auctum et locupletatum.

Conſtituerat Italus editor librum exornare omnibus antiquis monumentis atque numis et operibus, quae ad fabulam hanc ſpectarent, ſed cum intellexiſſet, ingentem eſſe eorum numerum, conſilio mutato ea ſelegit, quorum maxima eſſet vel praeſtantia vel utilitas. Sunt igitur haec adhibita et illuſtrata a doctiſſimo editore: 1. In primi voluminis fronte conſpicitur numus Magneſiae ad Maeandrum ſitae, quem Burmannus Argonauticis Valerii Flacci addidit. 2. in fine praefationis anaglyphum Muſei Capitolini repetitum eſt, quod Fogginius (Muſ. Capit. T. IV.) illuſtravit, quodque ad Orpheum iuvenem, in poë-

ſtica et muſica arte inſtitutum refertur. Sed in eiusdem paginae averſa parte (XL.) cernitur 3. plaſticum fragmentum, nuper demum inventum et a Caſalio, cui uberrima et ſplendidiſſima eſt antiquorum monumentorum copia, aſſervatum. Conſpiciuntur quinque Argonautae, in navi ad remos ſedentes ex ordine, quem Apollonius deſcripſit. Medius eſt Hercules, in puppi Tiphys ad gubernaculum ſedere videtur. Heroum capita diadematis ſunt redimita. Fragmentum ad tempora Antonini Pii pertinere putatur. 4. 5. In fine libri primi partim numus Buthroti, quae fuit Epiri urbs, repetitus eſt, in quo ſtantem ad columnam iuvenem et manu facem praeferentem ſ. lampadem Begerus interpretatur de Nauplio, Argonauta, diſſentientibus aliis, partim Dioſcurorum capita, pileis et ſtellis inſignita, ex numo Seleucienſi, exhibentur. Ab initio Notarum in primum librum 6. repetitum eſt Anaglyphum argillaceum, quod Vuinkelmannus in Monumm. inedd. antt. primus illuſtravit, quodque Argum, fabricantem Minerva iuvante navem, ſiſtit. Portam, quam Vuinkelm. ad templum Minervae retulit, maluit Italus editor de porta urbis, Iolci ſcilicet, intelligi. 7. P. 227. gemma Etruſca, a Caylo et Vuinkelmanno iam edita, Theſeum ſedentem, cum graeca inſcriptione exhibens. A tergo gemmae 8. Pictura Herculanenſis cernitur, Herculem ſiſtens, qui aprum Erymanthium portat. Iuvenem ex dolio emergentem Euryſtheum interpretantur. 9. In fine ſecundi libri repetita eſt etruſca patera Muſei Coll. Romani, cuius imagines primariae, ad-

dita etiam inſcriptione docente, pertinent ad pugnam Amyci, Bebrycum regis, et Pollucis. Ediderunt eam Ficoronius, auctores Muſei Kircheriani, et nuper Lanzius. 10. Finem voluminis ornat gemma inedita academiae Etruſcae Cortonenſis (quam in fronte huius editionis ex tabula lignea repeti juſſimus.) Vellus cernitur de querce pendens, cum dracone cuſtode. Addita eſt ara, et ſuper ea arietis caput. Heroa qui ante aram ſtat, non Iaſonem, ſed Phrixum, in Colchide, non autem in Bithynia, Iovi Phyxio ſacrificantem ſiſtit, interprete editore. Eſt tamen non geſtus ſacrificantis, ſed herois armati, vellus rapturi, et de impetu faciendo deliberantis expreſſus.

Voluminis ſecundi frontem 1. ornat lamina aenea Muſei Borgiani Veliterni, quae primum eſt exhibita in editione Romana Vuinkelmanni Hiſtoriae Artium ad cap. II. Lib. VII. nunc vero accuratius depicta. Cernitur Argus Boeotus navem fabricans, verum ei non tantum, ut in aliis monumentis, Minerva, ſed etiam Mercurius adſtat. 2. p. XVIII. repetitus eſt numus, quem Spanhemius in Obſervatt. ad Callim. hymn. in Cer. v. 11. ex Muſeo Pariſino ediderat, exhibens Heſperides, arborem cum malis aureis, et Herculem. 3. 4. Ex eodem Muſeo iam a Spanhemio vulgati erant typi numorum, qui p. 174. 175. exhibentur, et quorum alter Dianam eo habitu ſiſtit, quem Apollonius III. 878. deſcripſit, alter vero eandem Dianam δαδȣχον ſ. Δαίραν habet. 5. P. 176. repetita eſt pictura Herculanenſis Alexandri Athenienſis (T. I. tav. I.) unde, qualis fuerit aſtra-

Aegalorum ludus, coniici poteſt. Monumentum hoc etiam Viſcontius in Muſeo Pio-Clement. T. IV. p. 37. illuſtravit. 6. p. 199. Ex marmoribus Taurinenſibus fragmentum anaglyphi eſt repetitum, quod quem ſenſum haberet, editores (T. II. p. 22.) incerti fuerunt. Flanginius vero oſtendit, exhiberi Iaſonem tauros domantem. Eodem ſpectat maius anaglyphum (7. p. 200.) quod ex delineatione Pighii iam exhibuerat Begerus in ſpicil. Antiquit. cuius partem eam repeti Italus editor iuſſit, quae ad Iaſonem ſubigentem tauros ſpectat. Idem argumentum eſt alius anaglyphi, quod in palatio Borgheſiano villae Pincianae cernitur. 8. P. 428. Numus Adriani Nilum exhibens, isque admodum frequens, eſt repetitus. P. 429. Numus argenteus, qui duobus capitibus duo Iſtri brachia ſignificare creditur. 9. P. 430. alia pars illius anaglyphi, de quo ad p. 200. dictum erat, repetitur, Medeam demulcentem draconem, dum Iaſon vellus rapit, exhibens. Sub finem voluminis 10. repetita eſt Sarda Muſei Princ. Plombini, quam primus edidit Lanzius P. III. Libri de linguis antiquis Italiae. Is eam retulerat ad Tereum, Thraciae regem, aut ad Theſeum, ſed Flanginius, qui legit ΘΕΡΕΣ, ad Therem, filium Auteſionis, qui Spartanam coloniam deduxit in inſulam Calliſten, refert. Et quum genu alterum flexum in terra ponat figura hominis armati, id interpretatur ſic, heroa invocantem numen maris Aegaei exhiberi.

Adiecit primo volumini Italus editor tabulam geographicam, quae complectitur omne Ar-

gonautarum iter, quae, etſi eſt repetita ex collectione mapparum geogr. antiqua, Patavii 16[illegible]. edita, tamen multis in locis eſt emendata ad recentiores tabulas.

Sunt etiam horum carminum plures verſiones. Et Latinae quidem *Io. Hartungi*, *Valent. Rotmari*, *Ier. Hoelzlini*, *Iohannis Shawii*, non minus, quam Italica, commemoratae ſunt; ſed in germanicam linguam tranſtulit *Io. Iac. Bodmer*, verſibus hexametris, Turici 1779. in anglicam eodem fere tempore *Ed. Burnaby Green*, (Lond. 1780. II. 8.) et *Franc. Fawkes*, (ib. 1780)

Iis autem, qui ſingula carminis loca illuſtrarunt emendaruntve, et cum a Iaegero Harleſioque (ad Fabric. Bibl. Gr. T. IV. p. 271.) tum ſupra (p. III.) a me laudati ſunt, addi poteſt *Bocchi Slothouwer* I. V. D. Tirocinium criticum in veteres auctores graecos, praeſertim Orpheum, Scylacem et Apollonium, Leovard. 1792. 8. quod, in Ephemeridd. litt. Gött. indicatum, nondum nanciſci potui.

Illis vero praeſidiis ita uſus ſum, ut recenſionem Brunkii et ſcripturam in plerisque ſequerer, in nonnullis, ſive quod codicum auctoritas poſtularet, ſive quod minus certa eſſet Brunkii emendatio; ſive quod multo probabilior ab aliis allata, recederem. Et primum quidem Brunkius non paucos delevit verſiculos, quos ita m[illegible]nifeſtum eſſet, ſpurios eſſe, aut alieno loco po[illegible] ut revocare eos in ordinem fuiſſet temerar[illegible] I, extr. IV, 348. Erant nonnulli, de [illegible]nus certum et conſtans eſſet iudicium[illegible]

igitur malui uncinis includere eius generis locos, quam delere omnino, ut IV, 544 ſs.

Sunt alia loca, in quibus malui ſequi Brunkium, quamquam eius lectio non plurimorum codicum auctoritate commendata eſt, quam aut vulgatam ſcripturam retinere, aut non meliorem comminiſci (v. II, 796. ſſ.) Quarum lectionum cauſae et rationes in animadverſionibus examinabuntur. Neque vero dubitavi coniiciendo repertas meliores lectiones corruptis omnium librorum verbis praeferre (III, 76. IV, 59.) Quod vero ad ſingulorum vocabulorum, particularum, pronominum, ſcripturam attinet, magis placuit, ſi a paucis diſceſſerimus, codicum exempla, quam Brunkii, imitari. Nam etſi non ignoravi, quae fuerit in his librariorum inconſtantia, tamen ſaepe non certiora eſſe intellexi vel Grammaticorum vel Brunkii praecepta. Et primum quidem cum Brunkio ſcripſi Καινείδης et ſimilia (vid. Brunk. ad I, 58.) quoniam illa exquiſitior patronymicorum ſcriptura, de qua ſubtiliſſime diſputavit F. A. Wolfius praef. ed. II. Odyſſeae, pleriſque locis numeroſior videbatur. Idem Brunkius tantum non ſemper enclitica μοι, με, in ὀρθοτονούμενα ἐμοὶ, ἐμὲ, mutavit, ut videtur, ſuarum aurium iudicium ſecutus, etiam iis locis, ubi pateret, poëtam nolle *eum ipſum*, qui loquens inducitur, cum vi quadam dici et ab aliis diſtingui, ut III, 551. cf. idem Wolfius l. l. p. XV. ſſ. Ab illo igitur ita diſceſſi, ut plerumque codicum ſcripturam exhiberem. Neque vero dubitaſſem Brunkium ſequi ſemper ὦλλοι ſcribentem pro ὦλλοι, ſi obſervare licuiſſet

formas Ionicas a Noſtro conſtanter eſſe uſurpatas. Aliud eſt genus locorum, in quibus praepoſitiones compoſitae, aut adverbia a praepoſſ. compoſita, vel recte, vel male, occurrunt (v. Ind. in Διέξ, ὑπέξ, καταυτόθι etc.). In his eam tenui rationem, ut non modo, quid codices darent, viderem, ſed iudicarem etiam, utrum praepoſitio cum verbo, quod ſequitur, iungi poſſet et vero deberet. Duplicatam litteram ῥ in compoſitis verbis et vocabulis (ut ὄῤῥα) Brunkius ſemper in ſimplicem mutavit, a qua ratione non receſſi. Aliter ſtatuendum erat de iis locis, ubi caeſurae vi brevis vocalis produci videtur. In his non ſatis ſemper conſtans fuiſſe videtur Argentoratenſis editor. Equidem et codicum auctoritatem, et metricas leges, et numerorum iudicium in his ſimul adhiberi debere exiſtimavi. Itaque non dubitavi III, 562. edere: ἔῤῥετε, μηδ' ὔμμι πολεμήϊα, ubi Br. dederat ὔμμιν πολεμ. cum olim lectum fuiſſet: ὔμμι πτολεμήϊα. Neque modorum et temporum Brunkiana mutatio ſemper ita certis niti legibus viſa eſt, ut codicum conſentienti ſcripturae praeferretur. Caeterum de his aliisque correctionibus opportunior erit in animadverſionibus diſputandi locus.

Verſionem latinam quum adjungi vellet librarius, quod ſuis id non magis, quam lectorum nonnullorum rationibus convenire exiſtimaret, equidem eius voluntati ita parendum eſſe cenſui, ut eam, quae noviſſimae editioni adiecta erat, emendarem, et cum novis lectionibus, tum verbis poetae, et legibus linguae utriusque magis accom-

modatem, neque vero novam conficerem. Denique copioſus verborum index, quo Shawius ſuam editionem ornavit, ita fuit comparatus, ut ſingulae verborum et vocabulorum formae, caſus, tempora, modi, perſonae, ſeparatim ex litterarum ordine ponerentur. Quae ratio etſi non caret utilitate quadam, tamen conſultius videbatur emtoribus eſſe, ut cuiusvis ſtirpis vocabula et verba ſuo loco omnia una exhiberentur, qua opera uti hoc effectum eſt, ut chartis parceretur, ita etiam iis proſpectum, qui omnem uſum alicuius verbi in noſtro poeta vellent contemplari. Sed non modo auctus eſt vocabulis, verbis, et particulis multis, ille index, ſed etiam variae lectiones cum veterum editionum tum recentiorum, atque adeo codicum ſunt notatae, id quod criticum habere poteſt uſum. Caeterum ea vocabula, eas particulas, quae frequentiſſime et ſine varietate leguntur, non hic recenſeri nemo facile aegre feret.

Reſtat, ut quae ſequente volumine comprehendenda ſint, moneatur.

Primum igitur locum occupabunt Scholia, quae quidem hactenus ſunt edita, omnia, aucta tamen et diſpoſita et correcta ita, ut ex iis, quae contigerint mihi, praeſidiis fieri poterit. Commentarii autem cum duplex ratio futura ſit, altera, quae ad explicationem et criſin verborum poetae et artis pertineat, altera, quae ad mythos omnemque antiquitatis doctrinam ſpectet, hanc, quoniam in ipſis Scholiis attingi-

tur, animadverſionibus in Scholia comprehendam, ut perpetuo commentario una maneat poëtae ipſius critica et grammatica interpretatio. Neque vero aliena erit de omni carmine eiusque virtutibus et vitiis diſputatio, quamquam non defuerunt, quorum ſubtilitas nuper in eo argumento docte verſaretur. Scripſi Lipſiae prid. Cal. April. CIƆIƆCCXCVII.

ΓΕΝΟΣ ἈΠΟΛΛΩΝΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ ΤΩΝ ἈΡΓΟΝΑΥΤΙΚΩΝ.[1])

Ἀπολλώνιος, ὁ τῶν Ἀργοναυτικῶν ποιητὴς, τὸ μὲν γένος ἦν Ἀλεξανδρεὺς, υἱὸς δὲ Σιλλέως, ὡς δέ τινες Ἰλλέως, Φυλῆς Πτολεμαΐδος· ἐγένετο δὲ ἐπὶ τῶν Πτολεμαίων [2]), Καλλιμάχου μαθητής· τὸ μὲν πρῶτον συνὼν Καλλιμάχῳ, τῷ ἰδίῳ διδασκάλῳ· ὀψὲ δὲ ἐπὶ τὸ ποιεῖν ποιήματα ἐτράπετο. τοῦτον λέγεται ἔτι ἔφηβον ὄντα ἐπιδείξασθαι [3]) τὰ Ἀργοναυτικὰ καὶ κατεγνῶσθαι· μὴ φέροντα δὲ τὴν αἰσχύνην τῶν πολιτῶν, καὶ τὸ ὄνειδος, καὶ τὴν διαβολὴν τῶν ἄλλων ποιητῶν, καταλιπεῖν τὴν πατρίδα καὶ μετεληλυθέναι εἰς Ῥόδον· κἀκεῖ αὐτὰ ἐπιξέσαντα διορθῶσαι, καὶ οὕτως ἐπιδείξασθαι καὶ ὑπερευδοκιμῆσαι. διὸ καὶ Ῥόδιον ἑαυτὸν ἐν τοῖς ποιήμασιν ἀναγράφει· ἐπαίδευσέ τε λαμπρῶς ἐν αὐτῇ, καὶ τῆς Ῥοδίων πολιτείας καὶ τιμῆς ἠξιώθη. καὶ τὰ μὲν τοῦ γένους ταῦτα. ἡ δὲ ὑπόθεσις τῶν Ἀργοναυτικῶν Ἀπολλωνίου τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· [4])

Τυρὼ ἡ Σαλμωνέως θυγάτηρ ἔτεκεν ἐκ Ποσειδῶνος Νηλέα καὶ Πελίαν· εἶτα γαμεῖται Κρηθεῖ τῷ Αἰόλου παιδὶ, καὶ τίκτει ἐξ αὐτοῦ Αἴσονα, Φέρητα, Ἀμυθάονα. καὶ γίνεται ἐκ μὲν Αἴσονος Ἰάσων· ἐκ δὲ Φέρητος Ἄδμητος, ἀπὸ δὲ Ἀμυθάονος Μελάμπους. καὶ ὁ μὲν Ἰάσων ἐκδίδοται Χείρωνι τρέφεσθαι, καὶ τὴν ἰατρικὴν μανθάνειν, Αἴσονος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τὴν βασιλείαν τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ Πελίᾳ καταλιπόντος, καὶ ἄρχειν καὶ [5]) κρατεῖν τῆς Θεσσαλίας κελεύσαντος, ἕως ἂν ὑποστραφῇ ὁ Ἰάσων ἀπὸ Χείρωνος. χρησμὸν δὲ ἦν εἰληφὼς παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος ὁ Πελίας, φυλάττεσθαι τὸν ἐπιόντα πρὸς αὐτὸν μονοπέδιλον· τεθνήξεσθαι γὰρ δι' αὐτόν. ὁ δὲ

1) Hoc, quo exhibemus, ordine, haec Grammaticorum Prolegomena exhibent ed. Flor et al. Brunckius alium ſecutus eſt. In Vrat. primum legitur ſecunda vita, tum ὑπόθεσις.
2) Br. edidit ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Εὐεργέτου. Idem verba τὸ μὲν πρῶτ. — ἐτράπετο delevit.
3) Sic h. l. et inferius pro ἐνδείξασθαι, quod in codd. plerisque, Flor. et al. edd. eſt, cum Br. ſcripſi.
4) Hunc locum poſt ἠξιώθη omiſit Brunk.
5) Verba ἄρχειν καὶ, quae vulgo deſunt, e Vratisl. adjeci.

Ἰάσων αὐξηθεὶς ἔρχεται πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς τοῦ πατρὸς, μεθέξων καὶ αὐτὸς τῆς τοῦ πατρὸς βασιλείας. γενόμενος δὲ ἐν τῷ Ἀναύρῳ (ἔστι δὲ οὗτος Θεσσαλίας) καὶ βουλόμενος παρελθεῖν, εὑρίσκει ἐπὶ τῆς ὄχθης τὴν Ἥραν γραῒ ὁμοιωθεῖσαν, διαπεράσαι μὲν βουλομένην, φοβουμένην δὲ, καὶ ἑστῶσαν 6) δῆθεν ὡς γραῦν. εἶτα τοῦτο γνοὺς ὁ Ἰάσων λαβὼν ἐπὶ τῶν ὤμων διασώζει, κατὰ μέσον τοῦ ποταμοῦ τὸ ἓν πέδιλον καταλιπὼν ἐπὶ τοῦ πηλοῦ. εἶτα ἀπέρχεται πρὸς 7) τὴν πόλιν μονοπέδιλος, καὶ εὑρίσκει πανήγυριν δημοσίαν καὶ θυσίαν ἀγομένην τοῖς θεοῖς παρὰ Πελίου. θεασάμενος οὖν τὸν Ἰάσονα μονοπέδιλον ὁ Πελίας, ὑπομιμνήσκεται τοῦ χρησμοῦ· εὐλαβούμενος δὲ αὐτὸν ἀνελεῖν, ἆθλον αὐτῷ προστάσσει τοιοῦτον, εἰπὼν, ὅτι ἀπελθὼν εἰς τὴν Σκυθίαν τὸ χρυσόμαλλον δέρας 8) κόμισον, εἶθ' οὕτω 9) λήψῃ τὴν βασιλείαν τοῦ σοῦ πατρός. τοῦτο δὲ προσέταττεν, οὐχ ὡς τοῦ 10) κωδίου τοῦ χρυσοῦ δεόμενος, ἀλλ' οἰόμενος αὐτὸν ἐν τῇ ἀλλοδαπῇ ἀναιρεθήσεσθαι ὑπό τινος, ἢ ἐν τῇ θαλάσσῃ ναυαγήσειν. τὸ δὲ κατὰ τὸ χρυσόμαλλον δέρας, ὧδέ πως ἔχει·

11) Ἀθάμας υἱὸς Αἰόλου, ἀδελφὸς Κρηθέως, ὡς αὐτός φησιν Ἀπολλώνιος (III, 360)·

Ἄμφω γὰρ Κρηθεὺς Ἀθάμας τ' ἔσαν Αἰόλου υἷες,

ποιεῖ ἐκ Νεφέλης δύο παῖδας, Φρίξον καὶ Ἕλλην. τελευτησάσης δὲ αὐτῆς γαμεῖ δευτέραν γυναῖκα, τὴν Ἰνώ. αὕτη δὲ, ὡς μητρυιὰ, ἐπεβούλευσε τοῖς παισὶ τοῖς ἐκ τῆς προτέρας γυναικὸς, καὶ φρύττουσα τὰ σπέρματα παρεῖχε τοῖς γεωργοῖς πρὸς σπόρον. οἱ δὲ ἔσπειρον μὲν ἐν τῇ γῇ· ἡ δὲ γῆ λαβοῦσα, οὐκ ἔφερε 12) τοὺς ἐτησίους καρποὺς, διὰ τὸ πεφρύχθαι

6) Ita ſeqq. cum Vrat. ſcripſi. Vulgo: ἑστῶσαν. λαβὼν δὲ αὐτὴν ὁ Ἰάσων ἐπὶ τ. ὤμ. διασ. — In praecedd. etiam Cod. aliter nonnulla exhibet.

7) Sic cum ed. Flor. dedi. Pleraeque edd. εἰς τ. π. Cod. Vr. ἐπὶ τῇ πόλει.

8) Ed. Flor. hic et paullo poſt, δέρας, pro vulg. δέρος. Et altero loco etiam Brunk.

9) Ita cum Vrat. dedi. Vulgo: καὶ λήψῃ.

10) Articulum ante κωδ., qui vulgo deeſt, ex ed. Flor. reſtitui. In Vrat. τοῦ χρυσ. κ. δ.

11) Haec e Brunk. ed. dedi. Nam in Flor. et Oxon. aliter ab initio legitur. Sed cum Brunk. edit. conſpirat in plerisque cod. Vrat. Vid. Not.

12) Ita Vrat. In Brunk. ἐδίδου.

αὐτὰ καὶ ἔτω σπαρῆναι.[13]) Ἀθάμας ἔν ὡς βασιλεὺς συναγαγὼν τὲς μάντεις ἠρώτα αὐτὲς, μαθεῖν βελόμενος τὴν αἰτίαν τῆς ἀφορίας. ἡ δὲ Ἰνὼ πέμπει πρὸς αὐτὲς, δῶρα ἐπαγγελλομένη[14]) διδόναι πολλὰ, ὥςε εἰπεῖν, εἰ μὴ πρότερον τὰ ἐκ τῆς Νεφέλης παιδία, τῆς προτέρας γυναικὸς τῦ Ἀθάμαντος, ἀναιρεθείη, ἐκ ἂν φύσειεν ἡ γῆ τὲς καρπές. πεισθέντες δὲ οἱ μάντεις λέγεσι ταῦτα ὑποςρέψαντες τῷ Ἀθάμαντι, καὶ μελλόντων ἤδη[15]) τῶν παίδων τῆς Νεφέλης, Φρίξε καὶ Ἕλλης, φονεύεσθαι, κατῆλθε κριός·[16]) εἶτα ἐπὶ τῶν νώτων λαβὼν, εἴσεισιν εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ νηχόμενος ἔφερεν αὐτές· καὶ διϊὼν τὸ Τρωϊκὸν πέλαγος, ἀποβάλλει τὴν Ἕλλην, ἀφ' ἧς Ἑλλήσποντος ὠνομάσθη[17])· τὸν δὲ Φρίξον ἐπὶ τὴν Σκυθίαν διακομίζει, ἔνθα αὐτὸς σφάζει μὲν τὸν κριὸν, καὶ θύει Φυξίῳ Διῒ, ὅτι ἐξέφυγε τὴν ἐπιβελὴν τῆς μητρυιᾶς, γαμεῖ δὲ Χαλκιόπην, τὴν θυγατέρα Αἰήτε, τῦ Σκυθῶν βασιλέως, ἀδελφὴν δὲ Μηδείας, καὶ ποιεῖ ἐξ αὐτῆς παῖδας τέσσαρας, Ἄργον, Κυτίσσωρον, Μέλανα, Φρόντιν, καὶ ἔτως ἐκεῖσε[18]) τελευτᾷ.

Ἄλλος Ἀπολλωνίε βίος.[19])

Ἀπολλώνιος ὁ ποιητὴς τὸ μὲν γένος ἦν Ἀλεξανδρεὺς, πατρὸς δὲ Σιλλέως, ἤτοι[20]) Ἰλλέως, μητρὸς δὲ Ῥόδης. ἔτος ἐμαθήτευσε Καλλιμάχῳ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὄντι γραμματικῷ, καὶ συντάξας ταῦτα τὰ ποιήματα ἐπεδείξατο. σφόδρα δὲ ἀποτυχὼν καὶ ἐρυθριάσας παρεγένετο ἐν τῇ Ῥόδῳ, κἀκεῖ

13) Cod. Vrat. πεφρύχθαι αὐτὲς κ. ἔ. σπαρ. Brunk. dedit πεφρύχθαι σπόρον.

14) Seqq. verba ſic e Vrat. exhibui. Brunk. dedit: ἐπαγγ. δώσειν, εἰ φήσειαν πρὸς Ἀθάμαντα, ὡς, εἰ μὴ ἀναιρεθείη τὰ τέκνα, τὰ ἐκ τῆς προτέρας γυναικὸς αὐτῷ γεγονότα, Φρίξος καὶ Ἕλλη, ἐκ ἂν ἐκφύσειεν ἡ γῆ τὲς καρπές.

15) Ita e Vrat. Nam Br. habet: μελλόντων δὲ τῶν παίδων — Caet. τῆς Νεφέλης in Vrat. deeſt.

16) Probabilior eſt haec lectio Vrat., quam quod Br. vulgavit: κριὸς ἀπήγγειλεν αὐτοῖς τὸν ἐπηρτημένον κίνδυνον· εἶτα κ. τ. λ.

17) Ita haec e Vrat. inde a καὶ διϊὼν ſcripſi (in quo pro praecedd. εἴσεισιν — ἔφερεν αὐτὲς tantum lectum fuit: διαπλεῖ τὴν θάλασσαν). Brunk. dederat: ἐλθὼν δὲ εἰς τὸ Τρ. π. ἀπ. τ. Ἕλλην, ὅθεν καὶ ἀπ' αὐτῆς Ἑλλ. ὠν.

18) Ita Vrat. cum Flor. et al. Brunk. ἐκεῖ.

19) Apud Brunk. et in cod. Vrat. ante argumentum legitur.

20) Sic edd. vett. cum Vr. — Br. ἢ Ἰ.

ἐπολιτεύσατο, καὶ σοφιστεύει ῥητορικοὺς λόγους, ὅθεν καὶ Ῥόδιον αὐτὸν ἀπεκάλεσαν. ἐνταῦθα τοίνυν διάγων καὶ ἐπιξέσας αὐτοῦ τὰ ποιήματα, εἶτα ἐπιδειξάμενος, σφόδρα εὐδοκίμησεν, ὡς καὶ τῆς Ῥοδίων ἀξιωθῆναι πολιτείας καὶ τιμῆς. Τινὲς δέ φασιν, ὅτι ἐπανῆλθεν ἐς Ἀλεξάνδρειαν, κἀκεῖ αὖθις ἐπιδειξάμενος εἰς ἄκρον εὐδοκίμησεν, ὡς καὶ τῶν βιβλιοθηκῶν τοῦ Μουσείου ἀξιωθῆναι αὐτὸν, καὶ ταφῆναι δὲ σὺν αὐτῷ τῷ Καλλιμάχῳ, τῷ διδασκάλῳ αὐτοῦ [21]).

[22]) Παράκειται τὰ σχόλια ἐκ τῶν τοῦ Λουκίλλου Ταῤῥαίου, καὶ Σοφοκλέους, καὶ Θέωνος. Τάῤῥα δὲ πόλις Κρήτης, ὡς φησι Λογγῖνος ἐν τοῖς Φιλολόγοις.

Ἐκ τῶν Σουΐδα [23]).

Ἀπολλώνιος Ἀλεξανδρεὺς, ἐπῶν ποιητὴς, διατρίψας ἐν Ῥόδῳ, υἱὸς Σιλλέως, μαθητὴς Καλλιμάχου, σύγχρονος Ἐρατοσθένους καὶ Εὐφορίωνος καὶ Τιμάρχου, ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Εὐεργέτου ἐπικληθέντος, καὶ διάδοχος Ἐρατοσθένους γενόμενος ἐν τῇ προστασίᾳ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βιβλιοθήκης.

21) Verba τῷ διδασκ. αὐτοῦ in Vrat. Flor. et al. non lecta adjecit Br.

22) Haec Brunk. ut cod. Vrat. omiſit, quia Scholia non habent.

23) Cum Brunk. dedi.

ARGVMENTVM LIBRI PRIMI.

Poeta, conſilio expoſito (1-4), repetit rerum initia ab oraculo, quod Peliam monuerat, caveret ſibi ab homine, qui uno calceo indutus eſſet venturus (5-7). Nam non diu poſt *Iaſon*, qui, trajiciens Anaurum, alterum calceum in limo reliquerat, ut erat, ad Peliam venit epulis interfuturus (8-14.). Pelias, oraculi memor, eum juſſit navigationem in Pontum ſuſcipere, in qua periret (-17.). Navem ab Argo, Minervae conſiliis, factam eſſe, antiquiores poetae cecinerunt, noſter Argonautarum nomina et genus edit (-22.). I. Nominantur igitur ſecundum populos deinceps: *Orpheus*, muſica arte clarus, quem Iaſon, Chironis monitu, adſcivit comitem (-34.), *Aſterion*, qui ſponte venit (-39.), *Polyphemus* jam ſenex (-44.), *Iphiclus* Phylacius (-48.), *Admetus* Pheraeus (-50.), Mercurii filii *Erytus* et *Echion* (-52.) atque *Aethalides* (-57.), *Coronus*, Caenei filius (-64.), *Mopſus* Titarenſis (-66.), *Eurydamas* (-68.), *Menoetius* Opuntius (-70.), *Eurytion* et *Eribotes* (-73.), atque *Oïleus* (-76.), *Canthus*, quem cum Mopſo in Libya perire fatale erat (-84.), *Clytius* et *Iphitus* (-89), *Telamon* et *Peleus* (-94.), *Butes* Athenienſis, et *Phalerus*, Alconis unicus filius (-100.); (nam Theſeus cum Pirithoo in tartaris erat (-104.), *Tiphys*, quem Minerva impulit, ut nautis intereſſet (nam Minerva etiam navem cum Argo fabricata eſt, unde optima evaſit) (-114.), *Phlias* (-117.), *Talaus*, et *Areius*, atque *Leodocus*, Argivi (-121.); *Hercules*, qui Euryſtheo inſcio adfuit, comite Hyla (-132), *Nauplius* (-138.), *Idmon*, ultimus ex Argivis, Apollinis filius (-145.), *Pollux* et *Caſtor* (-150.), *Lynceus* et *Idas*, Abantis filii (-155.), *Periclymenus* Neleius, Pylius (-160.), *Amphidamas* et *Cepheus*, fratres, Arcades (-163.), atque fratris eorum Lycurgi (qui domi manſerat, patrem curaturus) filius *Ancaeus* (-171.), *Augeas*, Eleorum rex (-175.), *Aſterius* et *Amphion* (-178.). *Euphemus* Taenarius (-184.), *Erginus* et *Ancaeus*, Neptuni filii (-190.), *Meleager*, ejusque patris, Oenei, frater *Laocoon*, Calydonii (-198.), atque *Iphiclus*, Theſtii fili-

us (-201.), *Palaemonius* (-206.), *Iphitus*, Phocenſis (-210), *Zetes* et *Calaïs*, Boreae filii alati (-223.), *Acaſtus* et *Argus* (-227.). Omnes *Minyae* appellati ſunt (-233.). II. Hi igitur Pagaſas navem conſcenſuri petebant, multitudine comitante (-240.); quisque mirabatur conſilium Peliae (-246.), mulieres apprecatae fauſtum reditum, deplorabant ſortem Aeſonis et Alcimedae (-260.). Servi etiam et ancillae aderant (261.). Alcimede mater, filium Iaſonem amplexa, in lugubrem erupit orationem (-291.), Iaſon vero lenire ejus dolorem ſolatiis ſtuduit (-305.). Relicta ille domo, non ſe ab Iphiade, Dianae ſacerdote, detineri paſſus, ad littus Pagaſaeum venit (-316.), quo etiam Argus et Acaſtus ex urbe (Iolco), invito Pelia, celerrime contenderunt (-328.). Omnibus convocatis, juſſit Iaſon eos ſibi ducem eligere (-340.); cumque Hercules recuſaſſet honorem ſibi delatum, ipſo auctore Iaſon dux eſt delectus (-348.). Is navem in mare trahi, inſtrui, et aram Apollini in littore erigi juſſit (-362.). Deſcribitur igitur copioſe, quomodo navis in mare machinarum ope deducta (-391.), remisque, malo, velis, ſedilibus ſit inſtructa (-400.), Tiphyi gubernaculo commiſſo (401.), et ara exſtructa ſit (-406.). Sacra facta ſunt Apollini, precante et vovente Iaſone (-435). Idmon, vates, ubi vidit flammam undique lucentem, vaticinatus eſt Argonautarum et ſua quoque fata (-447.). Circa veſperam juvenes epulis et confabulationibus ſe dederunt, ſolo Iaſone ſeveritatem vultu oſtendente, quem propterea Idas objurgavit, valde glorians (-471.). Sed Idae vanam oſtentationem et impietatem cum Idmon compeſcuiſſet (-484.), Idas acerbius reſpondit, ſed cohibuit jurgantes Iaſon (-494.), et Orpheus cithara cecinit de rerum originibus et deorum factis (-511.). Argonautae, cibis et cantu oblectati, ſomnum in littore ceperunt (-518.). III. Sed primo mane ingreſſi navem, ſedem quisque ſuam occupavit, et ad Orphei cantum remos agitarunt (-546), diis etiam et deabus navem opusque mirantibus (-552.). Chiron quoque, ad mare degreſſus, fauſtum reditum precatus eſt (-558.). Portu relicto et-

quodſi non mihi fato deſtinatum eſt, in Graeciam reverti,
longe naviganti, tu vero filium pepereris,
mitte eum adultum in Pelaſgicam Iolcum
patri meo matrique orbitatis ſolatium, ſi quidem eos
offenderit adhuc viventes, ut ſeorſum ab iſto rege
in ſuis alant habitantes aedibus."
Dixit, et conſcendit navem primus: ita vero etiam reliqui
conſcenderunt heroes; prehenderunt vero manibus remos
deinceps ſedentes: retinacula autem ipſis Argus
ſolvit a rupe marina: tum igitur illi
pulſabant aquam longis valide abietibus (abiegnis remis).

ἑσπέριοι δ᾽ Ὀρφῆος ἐφημοσύνῃσιν ἔκελσαν
νῆσον ἐς Ἠλέκτρης Ἀτλαντίδος, ὄφρα δαέντες
ἀῤῥήτους ἀγανῇσι τελεσφορίῃσι θέμιστας
σωότεροι κρυόεσσαν ὑπεὶρ ἅλα ναυτίλλοιντο.
τῶν μὲν ἔτ᾽ ὁ προτέρω μυθήσομαι· ἀλλὰ καὶ αὐτὴ
νῆσος ὁμῶς κεχάροιτο, καὶ οἳ λάχον ὄργια κεῖνα
δαίμονες ἐνναέται, τὰ μὲν ὁ θέμις ἄμμιν ἀείδειν.
Κεῖθεν δ᾽ εἰρεσίῃ Μέλανος διὰ βένθεα πόντου
ἱέμενοι, τῇ μὲν Θρηκῶν χθόνα, τῇ δὲ περαίην
Ἴμβρον ἔχον καθύπερθε· νέον γε μὲν ἠελίοιο
δυομένου Χερόνησον ἐπὶ προὔχουσαν ἵκοντο.
ἔνθα σφι λαιψηρὸς ἄη νότος, ἱστία δ᾽ οὔρῳ
στησάμενοι, κούρης Ἀθαμαντίδος αἰπὰ ῥέεθρα
εἰσέβαλον· πέλαγος δὲ τὸ μὲν καθύπερθε λέλειπτο
ἦρι, τὸ δ᾽ ἐννύχιοι Ῥοιτειάδος ἔνδοθεν ἀκτῆς
μέτρεον, Ἰδαίην ἐπὶ δεξιὰ γαῖαν ἔχοντες.

917. ἀῤῥήτους praeter Br. codd. etiam Vrat. Ol. ἀῤῥήκτους. 918. ὑπὲρ Vatt. 920. λάχον etiam Vrat. duo Vatt. Ol. λάβον. 922. Μέλανος vulg. minuſcula littera ſcriptum, ſed eſt fluvii nomen. 925. Ol. χέῤῥησον, et v. ſeq. ἔνθα σφιν λ.

veſpere vero Orphei ſuaſu appulerunt
ad inſulam Electrae Atlantidis, ut edocti
reticendas ſanctis initiationibus leges
tutiores horridum per mare navigarent.
haec non ulterius eloquar: ſed ipſa
inſula pariter valeat, et qui nacti ſunt illa myſteria
dii indigenae, quae nefas eſt nobis canere.
Inde remigando per Melanis profunda maris
profecti, ex altera parte Thracum terram, ex altera oppoſitam
Imbrum habuerunt ſuperius: atqui modo ſole
occaſo ad Cherſoneſum prominentem venerunt.
ibi ipſis citus afflavit auſter, veliſque vento
datis filiae Athamantis alta fluenta (Helleſpontum)
ingreſſi ſunt: mare vero alterum ſuperius relinquebatur
mane, alterum noctu intra Rhoeteïum littus
emetiebantur, Idaeam ad dextram terram habentes.

Δαρδανίην δὲ λιπόντες ἐπιπροσέβαλλον Ἀβύδῳ,
Περκώπην δ' ἐπὶ τῇ, καὶ Ἀβαρνίδος ἠμαθόεσσαν
ἠϊόνα, ζαθέην τε παρήμειβον Πιτύειαν.
καὶ δὴ τῇ·γ' ἐπὶ νυκτὶ, διάνδιχα νηὸς ἰούσης,
δίνῃ πορφύροντα διήνυσαν Ἑλλήσποντον.
Ἔςι δέ τις αἰπεῖα Προποντίδος ἔνδοθι νῆσος
τυτθὸν ἀπὸ Φρυγίης πολυληΐου ἠπείροιο
εἰς ἅλα κεκλιμένη, ὅσσον τ' ἐπιμύρεται ἰσθμὸς
χέρσῳ ἐπιπρηνὴς καταειμένος· ἐν δέ οἱ ἀκταὶ
ἀμφίδυμοι, κεῖνται δ' ὑπὲρ ὕδατος Αἰσήποιο.
Ἄρκτων μιν καλέουσιν ὄρος περιναιετάοντες·
καὶ τὸ μὲν ὑβριςαί τε καὶ ἄγριοι ἀμφινέμονται
Γηγενέες, μέγα θαῦμα περικτιόνεσσιν ἰδέσθαι·
ἓξ γὰρ ἑκάςῳ χεῖρες ὑπέρβιοι ἠερέθονται,
αἱ μὲν ἀπὸ ςιβαρῶν ὤμων δύο, ταὶ δ' ὑπένερθε

932. Ol. Περκώτην. 934. Ante Brunk. legebatur: καὶ δὴ τοί γ'. 941. Plerique codd. et edd. Ἄρκτον. Hoelzlin. emendavit. 942. ἀμφινέμονται e conject. Bentleii. Omnes libri ναιετάεσι, ut diphthongus praeced. voc. ante conſon. corripiatur. 945. f. Ol. ὑπένερθεν — πλευραῖς.

Dardania vero relicta appulerunt Abydum,
Percopen vero poſt illam, et Abarnidis arenoſum
littus, divinamque praeterierunt Pityeam.
atque hac ipſa nocte, utrimque navi procurrente,
vorticibus aeſtuantem permearunt Helleſpontum.
Eſt vero excelſa quaedam in Propontide inſula (Cyzicus)
non longe a Phrygiae fertili continente
in mare porrecta, quantumque undis agitatus reſonat iſthmus
in continentem pronus devergens: in ea littora
utrimque adeunda ſita ſunt ſuper fluvium Aeſepum.
Vrſorum illum appellant montem accolae.
et illum quidem inſolentes et feri incolunt
Terrigenae, ingens miraculum vicinis viſendum.
ſex enim cuique manus violentae dependent,
duae quidem a validis humeris; ſed ſubtus

τέσσαρες αἰνοτάτησιν ἐπὶ πλευρῆς ἀραρυῖαι.
ἰσθμὸν δ' ἀμπεδίον τε Δολίονες ἀμφενέμοντο
ἀνέρες· ἐν δ' ἥρως Αἰνήϊος υἱὸς ἄνασσε
Κύζικος, ὃν κούρη δίου τέκεν Εὐσώροιο
Αἰνήτη. τοὺς δ' ἔτι, καὶ ἔκπαγλοί περ ἐόντες,
Γηγενέες σίνοντο, Ποσειδάωνος ἀρωγῇ·
τοῦ γὰρ ἔσαν τὰ πρῶτα Δολίονες ἐκγεγαῶτες.
ἔνθ' Ἀργὼ προύτυψεν ἐπειγομένη ἀνέμοισι
Θρηϊκίοις. καλὸς δὲ λιμὴν ὑπέδεκτο θέουσαν.
κεῖσε καὶ εὐναίης ὀλίγον λίθον ἐκλύσαντες,
Τίφυος ἐννεσίῃσιν ὑπὸ κρήνῃ ἐλίποντο,
κρήνῃ ὑπ' Ἀρτακίῃ· ἕτερον δ' ἕλον, ὅστις ἀρήρει
βριθύν· ἀτὰρ κεῖνόν γε θεοπροπίαις Ἑκάτοιο
Νηλεΐδαι μετόπισθεν Ἰάονες ἱδρύσαντο
ἱερὸν, ᾗ θέμις ἦεν, Ἰησονίης ἐν Ἀθήνης.

947. Vulg. ἰσθμὸν δ' αὖ πεδ. τε. 952. V. ταπρῶτα. 955. ἐκλύσαντες. Haec eſt lectio optt. Codd. etiam Vrat. et 3. Vatt. Ol. ἑλκύσαντες. 959. Ol. Νηλεῖδαι.

quatuor horrendis adaptatae lateribus.
iſthmum vero campumque Doliones circum habitabant
viri, inter quos heros Aenei filius imperabat
Cyzicus, quem filia divini pepererat Euſori
Aenete. hos neutiquam, etſi terribiles,
Gigantes infeſtabant, Neptuni auxilio:
ex eo enim primum Doliones prognati erant.
huc Argo appulit acta ventis
Thraciis, commodus vero portus excepit currentem.
ibi etiam ab ancora exiguum lapidem ſolutum
Tiphyis conſilio ad fontem reliquerunt,
ad fontem Artacium: alium vero ſumſerunt, qui aptus erat,
gravem; at illum monitu Apollinis
Neleidae poſtea Iones collocarunt
ſacrum, ut fas erat, in templo Iaſoniae Minervae.

Τοὺς δ᾽ ἄμυδις Φιλότητι Δολίονες, ἠδὲ καὶ αὐτὸς
Κύζικος ἀντήσαντες, ὅτε στόλον ἠδὲ γενέθλην
ἔκλυον, οἵτινες εἶεν, ἐϋξείνως ἀρέσαντο,
καί σφεας εἰρεσίῃ πέπιθον προτέρωσε κιόντας
ἄστεος ἐν λιμένι πρυμνήσια νηὸς ἀνάψαι.
ἔνθ᾽ οἵ γ᾽ Ἐκβασίῳ βωμὸν θέσαν Ἀπόλλωνι
εἱσάμενοι παρὰ θῖνα, θυηπολίης τ᾽ ἐμέλοντο.
δῶκεν δ᾽ αὐτὸς ἄναξ λαρὸν μέθυ δευομένοισι
μῆλά θ᾽ ὁμοῦ. δὴ γάρ οἱ ἔην φάτις, εὖτ᾽ ἂν ἵκωνται
ἀνδρῶν ἡρώων θεῖος στόλος, αὐτίκα τόν γε
μείλιχον ἀντιάαν, μηδὲ πτολέμοιο μέλεσθαι.
νεῖόν που καὶ κείνῳ ἐπισταχύεσκον ἴουλοι,
οὐδέ νύ πω παίδεσσιν ἀγαλλόμενος μεμόρητο·
ἀλλ᾽ ἔτι οἱ κατὰ δώματ᾽ ἀκήρατος ἦεν ἄκοιτις
ὠδίνων, Μέροπος Περκωσίου ἐκγεγαυῖα

963. Ante Brunck. οἵτ. ἦεν. 967. εἱσάμενοι ex Etym. M. Omnes libri: στησάμενοι. τ᾽ ἐμέλοντο etiam Vrat. Ol. τ᾽ defuit. 968. Ol. δευομένοισιν. 969. ἵκηται, et v. ſeq. τοῖς γε conjicit Brunk. 972. νεῖον e Schol. Ruhnk. Ol. ἴσόν που.

His vero (Argonautis) omnes amice Doliones atque ipſe etiam
Cyzicus obviam facti, cum expeditionem et genus audiviſſent, hoſpitaliter exceperunt,
iisque perſuaſerunt, ut ulterius remis provecti
urbis in portu retinacula navis alligarent.
ibi illi Ecbaſio (eſcenſus praeſidi) aram Apollini
exſtruxerunt ad littus, reique ſacrae dederunt operam.
dedit vero ipſe rex dulce vinum indigentibus
pecudesque ſimul. erat enim ipſi oraculum, quando venerit
heroum divina cohors, tum ſtatim eam
comiter excipiendam, neque bello petendam eſſe.
nuper demum illi effloruerat lanugo (pubertatem attigerat)
neque jam liberis ornari ipſi contigerat:
ſed adhuc ei in palatio intacta erat conjux
partus doloribus, Meropis Percoſii nata

Κλείτη εὐπλόκαμος, τὴν μὲν νέον ἐξέτι πατρὸς
θεσπεσίοις ἕδνοισιν ἀνήγαγεν ἀντιπέρηθεν.
ἀλλὰ καὶ ὣς θάλαμόν τε λιπὼν καὶ δέμνια νύμφης
τοῖς μέτα δαῖτ᾽ ἀλέγυνε, βάλε δ᾽ ἀπὸ δείματα θυμοῦ.
ἀλλήλους δ᾽ ἐρέεινον ἀμοιβαδίς· ἤτοι ὁ μὲν σφέων
πεύθετο ναυτιλίης ἄνυσιν, Πελίαό τ᾽ ἐφετμάς·
οἱ δὲ περικτιόνων πόλιας καὶ κόλπον ἅπαντα
εὐρείης πεύθοντο Προποντίδος· οὐ μὲν ἐπιπρὸ
ἠείδει καταλέξαι ἐελδομένοισι δαῆναι.
ἠοῖ δ᾽ εἰσανέβαν μέγα Δίνδυμον. ὄφρα κεν αὐτοὶ
θηήσαιντο πόρους κείνης ἁλός· ἐκ δ᾽ ἄρα τοί γε
νῆα Χυτοῦ λιμένος προτέρου ἐξήλασαν ὅρμου·
ἥδε δ᾽ Ἰησονίη πέφαται ὁδὸς, ἥνπερ ἔβησαν.
Γηγενέες δ᾽ ἑτέρωθεν ἀπ᾽ οὔρεος ἀΐξαντες
φράξαν ἀπειρεσίοιο Χυτοῦ στόμα νείοθι πέτρης

979. βάλε δ᾽ e Vrat. Vulg. βάλεν δ᾽. 985. ſ. Ol. ὄφρα καὶ αὐτοὶ θηήσαντο. 990. πέτρης etiam Vrat. Ol. πέτρης.

Clite pulchricoma, quam nuper e patris domo
ſplendida cum dote duxerat ex oppoſita regione.
ſed vel ſic relicto thalamo et toro nuper ductae uxoris
cum illis epulatus eſt, abjecto timore.
invicem autem ſe ipſi interrogarunt: et ille quidem ab ipſis
ſciſcitabatur navigationis profectum et Peliae mandata:
hi vero accolarum urbes, et ſinum omnem
amplae percontabantur Propontidis: neque ultérius
ſcivit enarrare cognoſcendi cupidis.
mane vero adſcendebant in magnum Dindymum, ut ipſi
contemplarentur meatus illius maris: et alii e
foſſi portus priore ſtatione navem propulerunt.
haec vero Iaſonia appellatur via, qua iverunt.
Gigantes vero altera ex parte irruentes
obſtruxerunt immenſi Chyti (ſtructi portus) os infra ſaxis

πόντιον, οἷά τε θῆρα λοχώμενοι ἔνδον ἐόντα.
ἀλλὰ γὰρ αὖθι λέλειπτο σὺν ἀνδράσιν ὁπλοτέροισιν
Ἡρακλέης, ὅς δή σφι παλίντονον αἶψα τανύσσας
τόξον, ἐπασσυτέρους πέλασε χθονί· τοὶ δὲ καὶ αὐτοὶ
πέτρας ἀμφιρῶγας ἀερτάζοντες ἔβαλλον.
δὴ γάρ που κἀκεῖνα θεὰ τρέφεν αἰνὰ πέλωρα
Ἥρη, Ζηνὸς ἄκοιτις, ἀέθλιον Ἡρακλῆϊ.
σὺν δὲ καὶ ὧλλοι δῆθεν ὑπότροποι ἀντιόωντες,
πρίν περ ἀνελθέμεναι σκοπιὴν, ἥπτοντο φόνοιο,
Γηγενέων ἥρωες ἀρήϊοι, ἠμὲν ὀϊστοῖς,
ἠδὲ καὶ ἐγχείῃσι δεδεγμένοι, εἰσόκε πάντας
ἀντιβίην ἀσπερχὲς ὀρινομένους ἐδάϊξαν.
ὡς δ᾽ ὅτε δούρατα μακρὰ νέον πελέκεσσι τυπέντα
ὑλοτόμοι στοιχηδὸν ἐπὶ ῥηγμῖνι βάλωσιν,
ὥς κε νοτισθέντα κρατεροὺς ἀνεχοίατο γόμφους·

995. Vulg. ἀμφιρρῶγας. 998. ὧλλοι cum Vrat. Brunk. ὧλλοι. 1005. Vulg. ὄφρα νοτ. Correxit Br. in Add.

marinum, veluti ferae inſidiantes intus commoranti.
enimvero ibi relictus erat cum viris junioribus
Hercules, qui quidem in ipſos recurvum ſtatim tendens
arcum multos proſtravit: illi vero et ipſi
ſaxa abrupta et ſublata conjecerunt.
etenim haec quoque dea aluerat horrenda monſtra
Iuno, Iovis conjux, in certamen deſtinata Herculi.
una vero et reliqui reverſi illis occurrentes,
priusquam conſcenderent ſpeculam, aggreſſi ſunt caedem
Gigantum heroes bellicoſi, dum iſtos aut ſagittis,
aut etiam haſtis exceperunt, donec omnes
ex adverſo ſine ceſſatione irruentes interfeciſſent.
quemadmodum vero arbores longas nuper ſecuribus caeſas
caeſores deinceps in littus conjiciunt,
ut humectatae validos admittant cuneos:

ὧς οἱ ἐνὶ ξυνοχῇ λιμένος πολιοῖο τέταντο
ἑξείης, ἄλλοι μὲν ἐς ἁλμυρὸν ἀθρόοι ὕδωρ
δύπτοντες κεφαλὰς καὶ ϛήθεα, γυῖα δ' ὕπερθε
χέρσῳ τεινάμενοι· τοὶ δ' ἔμπαλιν, αἰγιαλοῖο
κράατα μὲν ψαμάθοισι, πόδας δ' εἰς βένθος ἔρειδον,
ἄμφω ἅμ' οἰωνοῖσι καὶ ἰχθύσι κύρμα γενέσθαι.
Ἥρωες δ', ὅτε δή σφιν ἀταρβὴς ἔπλετ' ἄεθλος,
δὴ τότε πείσματα νηὸς ἐπὶ πνοιῇς ἀνέμοιο
λυσάμενοι, προτέρωσε διὲξ ἁλὸς οἶδμα νέοντο.
ἡ δ' ἔθεεν λαίφεσσι πανήμερος· οὐ μὲν ἰούσης
νυκτὸς ἔτι ῥιπὴ μένεν ἔμπεδον, ἀλλὰ θύελλαι
ἀντίαι ἀρπάγδην ὀπίσω φέρον, ὄφρ' ἐπέλασσαν
αὖτις ἐϋξείνοισι Δολίοσιν. ἐκ δ' ἄρ' ἔβησαν
αὐτονυχί· Ἱερὴ δὲ φατίζεται ἥδ' ἔτι πέτρη,

1006. ὧς οἱ cum Vr., et 1008. ὕπερθε (pro ὕπερθεν) cum Br. 1014. Ol. δι' ἐξ. 1015. Br. ἔθεε. 1017. Br. e tribus codd. ἐπέλασσεν. 1019. Ol. αὐτονυχεὶ et ἱερὴ minuſc. litt.

ſic illi in anguſtiis portus cani extenſi jacebant
deinceps, alii quidem in ſalſam (maris) confeſtim aquam
mergentes capita et pectora, pedibus ſuperne
in terra porrectis: alii contra littoris
capita arenae, pedes mari immergebant,
utrique ſimul avibus et piſcibus eſcae futuri.
Heroes vero, poſtquam ipſis intrepidum peractum eſt certamen,
tum funes navis adſpirante vento
ſolverunt, et ulterius per maris aequor navigarunt.
navis autem velis expanſis toto die procurrit: neque tamen ſequente
nocte etiam ventus manſit ſtabilis, immo procellae
adverſae cum impetu eam retro egerunt, ut accederent
iterum ad hoſpitales Doliones. egreſſi igitur ſunt
illa ipſa nocte: Sacra vero appellatur illa etiamnum petra,

ἣ πέρι πείσματα νηὸς ἐπεσσύμενοι ἐβάλοντο.
ὐδέ τις αὐτὴν νῆσον ἐπιφραδέως ἐνόησεν
ἔμμεναι· ὐδ᾽ ὑπὸ νυκτὶ Δολίονες ἂψ ἀνιόντας
ἥρωας νημερτὲς ἐπήϊσαν· ἀλλά πυ ἀνδρῶν
Μακριέων εἴσαντο Πελασγικὸν ἄρεα κέλσαι.
τῶ καὶ τεύχεα δύντες ἐπὶ σφίσι χεῖρας ἄειραν.
σὺν δ᾽ ἔλασαν μελίας τε καὶ ἀσπίδας ἀλλήλοισιν
ὀξείῃ ἴκελοι ῥιπῇ πυρὸς, ἥ τ᾽ ἐνὶ θάμνοις
αὐαλέοισι πεσῦσα κορύσσεται· ἐν δὲ κυδοιμὸς
δεινός τε ζαμενής τε Δολιονίῳ πέσε δήμῳ.
ὐδ᾽ ὅγε δηϊοτῆτος ὑπὲρ μόρον αὖτις ἔμελλεν
οἴκαδε νυμφιδίυς θαλάμυς καὶ λέκτρον ἱκέσθαι·
ἀλλά μιν Αἰσονίδης τετραμμένον ἰθὺς ἑεῖο
πλῆξεν ἐπαΐξας ςῆθος μέσον, ἀμφὶ δὲ δυρὶ
ὀςέον ἐῤῥαίσθη· ὁ δ᾽ ἐνὶ ψαμάθοισιν ἐλυσθεὶς
μοῖραν ἀνέπλησεν· τὴν γὰρ θέμις ὔ ποτ᾽ ἀλύξαι

1021. Ol. ὐ δέ τις. 1023. ἐπήδεσαν conj. Wakeſ. Ante 1029. excidiſſe verſum ſuſpicatur Heyn. ad Apollod. p. 185. 1032. Ante Br. ἑοῖο.

circa quam retinacula navis delati eo alligarunt.
neque quis ipſam inſulam illam prudenter animadvertit
eſſe: nec noctu Doliones reverſos
heroas vere agnoverunt: ſed forte virorum
Macrienſium opinati ſunt Pelaſgicas copias appuliſſe.
itaque armis ſumtis cum illis manus conſeruerunt.
agitarunt vero et haſtas et clypeos in ſe invicem
vehementi ſimiles vi ignis, quae fruticetis
aridis illapſa furit: ſed tumultus
gravis et terribilis in Dolionio exſtitit populo.
nec ipſe (rex) e praelio contra fatum erat
domum in conjugales thalamos et torum rediturus.
ſed eum Aeſonides converſum recta in ſe
percuſſit irruens in medium pectus: haſta vero
os fractum eſt: ille igitur in arenas provolutus
fatum explevit: hoc enim numquam evitare licet

θνητοῖσι· πάντη δὲ περὶ μέγα πέπταται ἕρκος.
ὣς τὸν ὀϊόμενόν που ἀδευκέος ἔκτοθεν ἄτης
ἔμμεναι ἀριστήων, αὐτὴ ὑπὸ νυκτὶ πέδησε
μαρνάμενον κείνοισι· πολέες δ᾽ ἐπαρηγόνες ἄλλοι
ἔκταθεν. Ἡρακλέης μὲν ἐνήρατο Τηλεκλῆα
ἠδὲ Μεγαβρόντην· Σφόδριν δ᾽ ἐνάριξεν Ἄκαστος·
Πηλεὺς δὲ Ζέλυν εἷλεν, ἀρηΐθοόν τε Γέφυρον.
αὐτὰρ ἐϋμελίης Τελαμὼν Βασιλῆα κατέκτα.
Ἴδας δ᾽ αὖ Προμέα, Κλύτιος δ᾽ Ὑάκινθον ἔπεφνε,
Τυνδαρίδαι δ᾽ ἄμφω Μεγαλοσσάκεα, Φλόγιόν τε.
Οἰνείδης δ᾽ ἐπὶ τοῖσιν ἕλε θρασὺν Ἰτυμονῆα,
ἠδὲ καὶ Ἀρτακέα, πρόμον ἀνδρῶν· οὓς ἔτι πάντας
ἐνναέται τιμαῖς ἡρωΐσι κυδαίνουσιν.
οἱ δ᾽ ἄλλοι εἴξαντες ὑπέτρεσαν, ἠΰτε κίρκους

1036. Ol. *θνητοῖσιν· πάντη γὰρ*, et v. ſeqq. *ὡς — πέδησεν.* 1038. Ol. *αὐτῆ δ᾽.* in Vr. et Vatt. *δ᾽* omittitur. 1043. f. Vulg. olim: *ἐϋμμελίης* et *ἔπεφνεν.* *βασιλῆα* minuſcula littera Br. 1046. *Οἰνεΐδης* cum Br., et *ἕλε* cum Vrat. Vatt. Ol. *Οἰνεΐδης — ἕλεν.* Forſan et praec. v. *Μεγαλοσσάκεα* ſcrib.

mortalibus: undique enim ingens expanditur ſepimentum.
ſic illum ratum ſe indignam mortem
heroum effugiſſe, ipſa noctu irretiit
pugnantem cum illis; multi vero auxiliantes alii
interfecti ſunt. *Hercules* quidem occidit *Teleclem*,
et *Megabronten*: *Sphodrin* vero interemit *Acaſtus*,
Peleus vero *Zelyn* proſtravit, fortemque *Gephyrum*.
at haſtae peritus *Telamon Baſilea* interfecit.
Idas porro *Promeum*, *Clytius* vero *Hyacinthum* interemit,
et *Tyndaridae* gemini *Megaloſacen Phlogium*que.
Oenei vero filius (*Meleager*) poſt illos interfecit audacem *Itymonea*,
atque adeo *Artacea*, anteſignanum virorum: quos etiamnum omnes
incolae honoribus, qui heroibus debentur, ornant.
reliqui vero cedentes trepidarunt, ut accipitres

ὠκυπέτας ἀγεληδὸν ὑποτρέσσωσι πέλειαι.
ἐς δὲ πύλας ὁμάδῳ πέσον ἀθρόοι· αἶψα δ' αὐτῆς
πλῆτο πόλις, ϛονόεντος ὑποτροπίῃ πολέμοιο.
ἠῶθεν δ' ὀλοὴν καὶ ἀμήχανον εἰσενόησαν
ἀμπλακίην ἄμφω· ϛυγερὸν δ' ἄχος εἷλεν ἰδόντας
ἥρωας Μινύας Αἰνήϊον υἷα πάροιθε
Κύζικον ἐν κονίῃσι καὶ αἵματι πεπτηῶτα.
ἤματα δὲ τρία πάντα γόων, τίλλοντό τε χαίτας
αὐτοὶ ὁμῶς λαοί τε Δολίονες. αὐτὰρ ἔπειτα
τρὶς περὶ χαλκείοις σὺν τεύχεσι δινηθέντες
τύμβῳ ἐνεκτερέϊξαν, ἐπειρήσαντό τ' ἀέθλων,
ἣ θέμις, ἀμπεδίον λειμώνιον, ἔνθ' ἔτι νῦν περ
ἐγκέχυται τόδε σῆμα καὶ ὀψιγόνοισιν ἰδέσθαι.
οὐδὲ μὲν οὐδ' ἄλοχος Κλείτη φθιμένοιο λέλειπτο

1055. Ol. πάροιθεν. 1059. Ol. δίχα τεύχεσι δινηθ. Sed omnes codd. etiam Vrat. tres Vatt. σὺν τ.

celeres turmatim cum trepidatione fugiunt columbae.
in portas vero cum tumultu irruerunt frequentes: ſtatimque clamore
impleta eſt urbs, ob luctuoſi reditum belli.
mane vero pernicioſum et irreparabilem animadverterunt
errorem utrique: acerbus autem dolor occupavit intuitos
heroas Minyas Aenei filium ante ipſos
Cyzicum in pulvere et ſanguine jacentem.
dies igitur tres totos luctui indulgebant, evellebantque crines
cum ipſi, tum Doliones; ſed deinde
ter cum aereis armis circumacti
circa ſepulcrum juſta funebria fecerunt, inſtitueruntque certamina
ut decet, per campum pratenſem, ubi etiamnum
exſtructus eſt ille tumulus, poſteris quoque viſendus.
neque vero conjux *Clite* occiſo ſupervixit

ὃ πόσιος μετόπισθε· κακῷ δ' ἔπι κύντερον ἄλλο
ἤνυσεν, ἁψαμένη βρόχον αὐχένι. τὴν δὲ καὶ αὐταὶ
Νύμφαι ἀποφθιμένην ἀλσηΐδες ὠδύραντο·
καί οἱ ἀπὸ βλεφάρων ὅσα δάκρυα χεῦαν ἔραζε,
πάντα τάγε κρήνην τεῦξαν θεοὶ, ἣν καλέουσι
Κλείτην δυστήνοιο περικλεὲς οὔνομα νύμφης.
αἰνότατον δὴ κεῖνο Δολιονίῃσι γυναιξὶν
ἀνδράσι τ' ἐκ Διὸς ἦμαρ ἐπήλυθεν· οὐδὲ γὰρ αὐτῶν
ἔτλη τις πάσσασθαι ἐδητύος, οὐδ' ἐπὶ δηρὸν,
ἐξ ἀχέων, ἔργοιο μυληφάτου ἐμνώοντο·
ἀλλ' αὔτως ἄφλεκτα διεζώεσκον ἔδοντες.
ἔνθ' ἔτι νῦν, εὖτ' ἄν σφιν ἐτήσια χύτλα χέωνται
Κύζικον ἐνναίοντες Ἰάονες, ἔμπεδον αἰεὶ
πανδήμοιο μύλης πελάνους ἐπαλετρεύουσιν.
Ἐκ δὲ τόθεν τρηχεῖαι ἀνηέρθησαν ἄελλαι

1068. V. καλέουσιν. 1074. Ol. διαζώεσκον.

marito ſuo: malo vero gravius aliud
addidit, dum inſeruit laqueo gulam: illam vero et ipſae
Nymphae mortuam nemorenſes deplorarunt;
quasque ex oculis lacrimas effuderunt in terram,
eas omnes in fontem commutarunt deae, quem appellant
Cliten, infelicis celebri nomine ſponſae.
triſtiſſimus ſane ille Dolioniis mulieribus
virisque, Iove auctore, dies illuxit: neque enim eorum
ſuſtinuit quisquam deguſtare cibum, nec diu,
prae dolore, de opere molendae frugis (panis parandi) cogitarunt:
verum ſic non toſta frumenta vixerunt edentes.
unde etiamnum, quando ipſis anniverſaria libamina effundunt
Cyzicum incolentes Iones, conſtanter ſemper
in publica mola liba pinſendo parant.
Exinde aſperae excitatae ſunt procellae

ἦμαθ' ὁμοῦ νύκτας τε δυώδεκα, τοὺς δὲ κατ' αὖθι
ναυτίλλεσθαι ἔρυκον. ἐπιπλομένῃ δ' ἐνὶ νυκτὶ
ὧλλοι μέν ῥα πάρος δεδμημένοι εὐνάζοντο
ὕπνῳ ἀριστῆες πύματον λάχος· αὐτὰρ Ἄκαστος
Μόψος τ' Ἀμπυκίδης ἀδινὰ κνώσσοντας ἔρυντο.
ἡ δ' ἄρ' ὑπὲρ ξανθοῖο καρήατος Αἰσονίδαο
πωτᾶτ' ἀλκυονὶς, λιγυρῇ ὀπὶ θεσπίζουσα
λῆξιν ὀρινομένων ἀνέμων· συνέηκε δὲ Μόψος,
ἀκταίης ὄρνιθος ἐναίσιμον ὄσσαν ἀκούσας.
καὶ τὴν μὲν θεὸς αὖτις ἀπέτραπεν, ἷζε δ' ὕπερθε
νηίου ἀφλάστοιο μετήορος ἀΐξασα.
τὸν δ' ὅγε κεκλιμένον μαλακοῖς ἐνὶ κώεσι οἰῶν
κινήσας ἀνέγειρε παρασχεδὸν, ὧδέ τ' ἔειπεν·
„Αἰσονίδη, χρειώ σε τόδ' ἱερὸν εἰσανιόντα
Δινδύμου ὀκριόεντος, εὔθρονον ἱλάξασθαι
μητέρα συμπάντων μακάρων· λήξουσί τ' ἄελλαι

1082. Ol. λέχος. 1093. Vulg. ol. ὀκρυόεντος. H. l. et Vrat. recte ſcribit.

per dies aeque ac noctes duodecim, illos vero hinc
navigare prohibuerunt; ſed inſequente nocte
reliqui quidem antea oppreſſi decumbebant
ſomno heroes ultima noctis parte: at *Acaſtus*
*Mopſus*que Ampycides multum dormientes tuebantur.
tum igitur ſuper flavum caput Iaſonis
volavit alcedo, ſtridula voce vaticinans
finem excitatorum ventorum: intellexit autem *Mopſus*
littoralis avis fauſtam vocem audiens.
et illam quidem dea rurſus avertit, conſedit vero ſuper
navis apluſtri, in ſublime elata.
illum (Iaſonem) vero hic (Mopſus), jacentem mollibus in pellibus ovium,
commovendo excitavit ſtatim, atque ſic locutus eſt:
,,Aeſonis fili, oportet te hoc templum ingreſſum
Dindymi prominentis, pulcro ſolio inſidentem placare
matrem omnium deorum: et ceſſabunt procellae

ζαχρηεῖς. τοίην γὰρ ἐγὼ νέον ὄσσαν ἄκεσα
ἀλκυόνος ἁλίης, ἥτε κνώσσοντος ὕπερθε
σεῖο πέριξ τὰ ἕκαςα πιφαυσκομένη πεπότητο.
ἐκ γὰρ τῆς ἄνεμοί τε, θάλασσά τε, νειόθι τε χθὼν
πᾶσα πεπείρηται, νιφόεν θ᾽ ἕδος Οὐλύμποιο·
καί οἱ, ὅτ᾽ ἐξ ὀρέων μέγαν οὐρανὸν εἰσαναβαίνει,
Ζεὺς αὐτὸς Κρονίδης ὑποχάζεται· ὣς δὲ καὶ ὧλλοι
ἀθάνατοι μάκαρες δεινὴν θεὸν ἀμφιέπουσιν."
Ὣς φάτο· τῷ δ᾽ ἀσπαςὸν ἔπος γένετ᾽ εἰσαΐοντι.
ὤρνυτο δ᾽ ἐξ εὐνῆς κεχαρημένος· ὦρσε δ᾽ ἑταίρους
πάντας ἐπισπέρχων, καί τε σφίσιν ἀγρομένοισιν
Ἀμπυκίδεω Μόψοιο θεοπροπίας ἀγόρευεν.
αἶψα δὲ κουρότεροι μὲν ἀπὸ ςαθμῶν ἐλάσαντες
ἔνθεν ἐπ᾽ αἰπεινὴν ἄναγον βόας οὔρεος ἄκρην.
οἱ δ᾽ ἄρα λυσάμενοι Ἱερῆς ἐκ πείσματα πέτρης
ἤρεσαν ἐς λιμένα Θρηίκιον· ἂν δὲ καὶ αὐτοὶ

1097. Ol. πεπότηται. (Eadem varietas 1122.) 1105. ἀγρομ. eum Br. et 3. Vatt. Vrat. Ol. ἐγρομένοισιν. Mavult Br. σφιν ἀγειρομέν. 1108. Ol. ἐς αἰπ., et 1109. ἱερῆς.

vehementes; talem enim ego modo vocem audivi
alcedinis marinae, quae ſupra dormientem
te undique ſingula nuncians volitavit.
illa (Rhea) enim et venti et mare, et ima terra
omnis continetur, et nivoſa ſedes Olympi.
atque ei, quando e montibus magnum coelum intrat,
Iupiter ipſe Saturnius cedit: ſic vero etiam reliqui
immortales dei terribilem deam colunt."
Sic fatus eſt: illi autem gratus fuit ſermo audienti.
ſurrexit vero e cubili laetus, excitavitque ſocios
omnes feſtinare jubens, atque ipſis congregatis
Ampycidae Mopſi vaticinia expoſuit.
ſtatim vero juniores e ſtabulis actos
inde in celſum duxerunt boves montis jugum.
alii vero ſolutis ex Hiera (ſacra) petra retinaculis
remigarunt in portum Thracium, ipſique

βαῖνον, παυροτέρους ἑτάρων ἐν νηὶ λιπόντες.
τοῖσι δὲ Μακριάδες σκοπιαὶ, καὶ πᾶσα περαίη
Θρηϊκίης ἐνὶ χερσὶν ἑαῖς προὐφαίνετ' ἰδέσθαι·
φαίνετο δ' ἠερόεν στόμα Βοσπόρου, ἠδὲ κολῶναι
Μυσίαι· ἐκ δ' ἑτέρης ποταμοῦ ῥόος Αἰσήποιο,
ἄστυ δὲ καὶ πεδίον Νηπήϊον Ἀδρηστείης.
ἔσκε δέ τι στιβαρὸν στύπος ἀμπέλου ἔντροφον ὕλῃ
πρόχνυ γεράνδρυον· τὸ μὲν ἔκταμον, ὄφρα πέλοιτο
δαίμονος οὐρείης ἱερὸν βρέτας· ἔξεσε δ' Ἄργος
εὐκόσμως, καὶ δή μιν ἐπ' ὀκριόεντι κολωνῷ
ἵδρυσαν, φηγοῖσιν ἐπηρεφὲς ἀκροτάτῃσιν,
αἵ ῥά τε πασάων πανυπέρταται ἐῤῥίζωντο.
βωμὸν δ' αὖ χεράδος παρενήνεον· ἀμφὶ δὲ φύλλοις
στεψάμενοι δρυΐνοισι θυηπολίης ἐμέλοντο,
Μητέρα Δινδυμίην πολυπότνιαν ἀγκαλέοντες
ἐνναέτιν Φρυγίης, Τιτίην θ' ἅμα, Κύλληνόν τε,

1120. Edd. l. ol. ὀκρυόεντι. 1125. ἀγκαλέοντες etiam Vrat. et 3. Vatt. pro vulg. ἐγκαλέοντες.

eſcenderunt, paucis ſociis in navi relictis.
illis vero Macriades ſpeculae omniſque oppoſita regio
Thraciae in manibus ipſorum apparebat videnda:
conſpiciebatur nebuloſum os Boſpori, atque juga
Myſiae; ex altera vero parte fluvii alveus Aeſepi,
urbs atque campus Nepeïus Adraſteae:
erat vero quidam ſolidus truncus vitis innutritus ſylvae,
ad radices aridus; eum exciderunt, ut inde fieret
deae montanae ſacrum ſimulacrum: elaboravit vero Argus
affabre, atque illud in aſpero cacumine
collocarunt, fagis obumbratum ſummis,
quae quidem omnium celſiſſimae radices egerant.
aram vero e parvis lapidibus congeſtis ſtruxerunt, circumque foliis
redimiti quernis operati ſacris ſunt,
Matrem Dindymiam valde venerabilem invocantes
indigetem Phrygiae, Titiamque ſimul, Cyllenumque,

οἳ μοῦνοι πολέων μοιρηγέται ἠδὲ πάρεδροι
Μητέρος Ἰδαίης κεκλήαται, ὅσσοι ἔασι
Δάκτυλοι Ἰδαῖοι Κρηταιέες. οὕς ποτε Νύμφη
Ἀγχιάλη Δικταῖον ἀνὰ σπέος, ἀμφοτέρῃσι
δραξαμένη γαίης Οἰαξίδος, ἐβλάστησε.
πολλὰ δὲ τήν γε λιτῇσιν ἀποστρέψαι ἐριωλὰς
Αἰσονίδης γουνάζετ' ἐπιλείβων ἱεροῖσιν
αἰθομένοις· ἄμυδις δὲ νέοι Ὀρφῆος ἀνωγῇ
σκαίροντες βηταρμὸν ἐνόπλιον ὠρχήσαντο,
καὶ σάκεα ξιφέεσσιν ἐπέκτυπον, ὥς κεν ἰωὴ
δύσφημος πλάζοιτο δι' ἠέρος, ἣν ἔτι λαοὶ
κηδείῃ βασιλῆος ἀνέστενον· ἔνθεν ἐσαιεὶ
ῥόμβῳ καὶ τυπάνῳ Ῥείην Φρύγες ἱλάσκονται.
ἡ δέ που εὐαγέεσσιν ἐπὶ φρένα θῆκε θυηλαῖς
ἀνταίη δαίμων· τὰ δ' ἐοικότα σήματ' ἔγεντο.
δένδρεα μὲν καρπὸν χέον ἄσπετον, ἀμφὶ δὲ ποσσὶν

1129. Ol. Κρηταέες. Correxit Br. 1130. Vulg. ἀμφοτέρῃσιν. 1132. Ol. ἐγωλὰς et 1135. ὀρχήσαντο. In priori voc. omnes Codd. corrupti. 1138. ἐσαιεὶ cum Vrat. Ol. ἐς αἰεί.

qui ſoli ex multis duces atque adſeſſores
Matris Idaeae vocantur, quotquot ſunt
Dactyli Idaei Cretenſes, quos olim Nympha
Anchiale Dictaeo ſub antro, ambabus manibus
prehendens terram Oeaxidem, peperit.
multum vero illam precibus, ut averteret tempeſtates,
Iaſon ſupplex rogavit libans ſuper ſacris
ardentibus: ſimul vero juvenes Orphei juſſu
tripudiantes ſaltationem armatam ſaltarunt,
et ſcuta enſibus pulſarunt, ut clamor
infauſtus evaneſceret per aërem, quem etiamnum cives
in funere regis emittebant: hinc ſemper
rhombo et tympano Rheam Phryges placant.
ipſa vero puris mentem advertit ſacris
benevola dea: fauſta autem omina edita ſunt.
arbores fructum fundebant uberrimum, circa pedes
vero

αὐτομάτη φύε γαῖα τερείνης ἄνθεα ποίης·
θῆρες δ' εἰλυούς τε κατὰ ξυλόχους τε λιπόντες,
οὐρῇσι σαίνοντες ἐπήλυθον· ἣ δὲ καὶ ἄλλο
θῆκε τέρας· ἐπεὶ οὔ τι παροίτερον ὕδατι ναῖε
Δίνδυμον· ἀλλά σφιν τότ' ἀνέβραχε διψάδος αὔτως
ἐκ κορυφῆς ἄλληκτον· Ἰησονίην δ' ἐνέπουσι
κεῖνο ποτὸν κρήνην περιναιέται ἄνδρες ὀπίσσω.
καὶ τότε μὲν δαῖτ' ἀμφὶ θεᾶς θέσαν οὔρεσιν Ἄρκτων,
μέλποντες Ῥείην πολυπότνιαν. αὐτὰρ ἐς ἠῶ,
ληξάντων ἀνέμων, νῆσον λίπον εἰρεσίῃσιν.
Ἔνθ' ἔρις ἄνδρα ἕκαστον ἀριστήων ὀρόθυνεν,
ὅστις ἀπολλήξειε πανύστατος. ἀμφὶ γὰρ αἰθὴρ
νήνεμος ἐστόρεσεν δίνας, κατὰ δ' εὔνασε πόντον.
οἱ δὲ γαληναίῃ πίσυνοι ἐλάασκον ἐπιπρὸ
νῆα βίῃ· τὴν δ' οὔ κε διὲξ ἁλὸς αἴσσουσαν
οὐδὲ Ποσειδάωνος ἀελλόποδες κίχον ἵπποι.

1145. Ol. οὐρῇσιν. Tum ἢ δὲ κ. ἄ., quod Br. emendavit. 1146. ναῖε cum marg. Vrat. et Br. Ol. νάσεν. 1148. Ol. ἐνέσπουσιν. 1154. Ol. ἀποληξειε. 1157. Ol. δὲ ἐξ.

ſponte ſua edidit terra tenerae flores herbae;
ferae latibulis luſtriſque relictis
caudis blandientes advenerunt: atque etiam aliud
dedit portentum: nam nulla antea aqua redundavit
Dindymum: ſed ipſis tum emiſit arido ultro
e vertice non deſinentem: Iaſonium vero appellarunt
illam aquam fontem accolae viri poſtea.
et tum quidem convivium in honorem deae instituerunt in montibus Vrſorum
celebrantes Rheam venerandam: at ſub auroram,
ceſſantibus ventis, inſulam reliquerunt remigando.
Tum aemulatio unumquemque heroum ſtimulavit,
quis ceſſaret ultimus; undique enim aether
ſerenus ſedaverat vortices, atque compoſuerat mare.
illi vero tranquillitate maris freti egerunt ulterius
navem vi: quam non per mare ruentem
ne Neptuni quidem veloces aſſecuti eſſent equi:

ἔμπης δ᾽ ἐγρομένοιο σάλου, ζαχρηέσιν αὔραις,
αἳ νέον ἐκ ποταμῶν ὑπὸ δείελον ἠερέθοντο,
τειρόμενοι καμάτῳ μετελώφεον. αὐτὰρ ὁ τούς γε
πασσυδίῃ μογέοντας ἐφέλκετο κάρτεϊ χειρῶν
Ἡρακλέης, ἐτίνασσε δ᾽ ἀρηρότα δούρατα νηός.
ἀλλ᾽ ὅτε δὴ, Μυσῶν λελιημένοι ἠπείροιο,
Ῥυνδακίδας προχοὰς, μέγα τ᾽ ἠρίον Αἰγαίωνος
τυτθὸν ὑπὲκ Φρυγίης παρεμέτρεον εἰσορόωντες,
δὴ τότ᾽ ἀνοχλίζων τετρηχότος οἴδματος ὁλκοὺς,
μεσσόθεν ἆξεν ἐρετμόν. ἀτὰρ τρύφος ἄλλο μὲν αὐτὸς
ἄμφω χερσὶν ἔχων πέσε δόχμιος, ἄλλο δὲ πόντος
κλύζε παλιρροθίοισι φέρων. ἀνὰ δ᾽ ἕζετο σιγῇ
παπταίνων· χεῖρες γὰρ ἀήθεσαν ἠρεμέουσαι.
Ἦμος δ᾽ ἀγρόθεν εἶσι φυτοσκάφος, ἤ τις ἀροτρεὺς

1161. In omnibus libb. τειρ. καὶ δὴ μετ. Ex Etym. emendavit Ruhnk. 1162. Ol. πασσυδ.η. 1166. Ol. ὑπ᾽ ἐκ. 1170. Ol. παλιρρυθίοισι et 1171. ἀήθεσον.

tamen concitato mari vehementibus auris,
quae nuper ex fluviis ſub veſperam exſtiterant,
vexati labore quieſcebant. at illos
omnibus viribus laborantes traxit robore manuum
Hercules commovitque aptata ligna navis (navem).
ſed quum tandem, Myſorum appetentes terram,
Rhyndaci oſtia, et magnum monumentum Aegaeonis
paullulum ſuper Phrygiae conſpectum praetervecti eſſent,
tum removens turgidi maris ſulcos (fluctus)
medium fregit remum (Hercules): fragmentum vero aliud ipſe
utraque manu tenens cecidit obliquus, aliud mare
abſtulit refluentibus vehens undis: ſedit autem tacitus
circumſpiciens: nam manus non conſueverant quieſcere.
Quo tempore vero ex agro redit foſſor aut arator quis

ἀσπασίως εἰς αὖλιν ἑήν, δόρποιο χατίζων,
αὐτοῦ δ' ἐν προμολῇ τετρυμένα γούνατ' ἔκαμψεν
αὐσταλέος κονίῃσι, περιτριβέας δέ τε χεῖρας
εἰσορόων, κακὰ πολλὰ ἑῇ ἠρήσατο γαστρί·
τῆμος ἄρ' οἵ γ' ἀφίκοντο Κιανίδος ἤθεα γαίης,
ἀμφ' Ἀργανθώνειον ὄρος, προχοάς τε Κίοιο.
τοὺς μὲν ἐυξείνως Μυσοὶ φιλότητι κιόντας
δειδέχατ', ἐνναέται κείνης χθονός, ἤιά τε σφι
μῆλά τε δευομένοις, μέθυ τ' ἄσπετον ἐγγυάλιξαν.
ἔνθα δ' ἔπειθ' οἱ μὲν ξύλα κάγκανα, τοὶ δὲ λεχαίην
φυλλάδα λειμώνων φέρον ἄσπετον ἀμήσαντες
στόρνυσθαι· τοὶ δ' ἀμφὶ πυρήια δινεύεσκον·
οἱ δ' οἶνον κρητῆρσι κέρων, πονέοντό τε δαῖτα,
Ἐκβασίῳ ῥέξαντες ὑπὸ κνέφας Ἀπόλλωνι.
Αὐτὰρ ὁ δαίνυσθαι ἑτάροις οἷς εὖ ἐπιτείλας
βῆ ῥ' ἴμεν εἰς ὕλην υἱὸς Διός, ὥς κεν ἐρετμὸν

1174. Ol. τετρυμμένα. 1187. Ante Br. εὖ οἷς ἐπιτ. Nonn. codd. οἷς omittunt.

lubenter in ſuam caulam, coenae cupidus,
ibique in veſtibulo laſſata genua reclinat,
ſordidus pulvere, et attritas manus
inſpiciens mala multa ſuo imprecatur ventri:
eo tempore (circa veſperam) illi venerunt in Ciancae
ſedes terrae
circa montem Arganthonium et oſtia Cii.
eos hoſpitaliter Myſi, cum amice adveniſſent,
exceperunt, incolae illius terrae, et viatica ipſis
pecudesque egentibus et vinum largum praebuerunt.
ibi poſtea alii ligna arida, alii mollem
foliorum ſtruem e pratis attulerunt copioſe abſciſſam
ad ſtruendum (torum), alii igniaria agitarunt,
alii vinum in crateribus miſcuerunt, et appararunt
epulas
Ecbaſio ſacris factis ſub crepuſculum Apollini.
At epulari ſociis bene juſſis
abiit in ſylvam filius Iovis, ut remum

οἱ αὐτῷ φθαίη καταχείριον ἐντύνασθαι.
εὗρεν ἔπειτ᾽ ἐλάτην ἀλαλήμενος, οὔτε τι πολλοῖς
ἀχθομένην ὄζοις, οὐδὲ μέγα τηλεθόωσαν·
ἀλλ᾽ οἷον ταναῆς ἔρνος πέλει αἰγείροιο,
τόσση ὁμῶς μῆκός τε καὶ ἐς πάχος ἦεν ἰδέσθαι.
ῥίμφα δ᾽ ὀϊστοδόκην μὲν ἐπὶ χθονὶ θῆκε φαρέτρην
αὐτοῖσι τόξοισιν, ἔδυ δ᾽ ἄπο δέρμα λέοντος.
τὴν δ᾽ ὅγε χαλκοβαρεῖ ῥοπάλῳ δαπέδοιο τινάξας
νειόθεν ἀμφοτέρῃσι περὶ ϛύπος ἔλλαβε χερσὶν,
ἠνορέῃ πίσυνος· ἐν δὲ πλατὺν ὦμον ἔρεισεν
εὖ διαβάς· πεδόθεν δὲ, βαθύῤῥιζόν περ ἐοῦσαν
προσφὺς ἐξήειρε σὺν αὐτοῖς ἔχμασι γαίης.
ὡς δ᾽ ὅταν ἀπροφάτως ἱϛὸν νεὸς, εὖτε μάλιϛα
χειμερίη ὀλοοῖο δύσις πέλει Ὠρίωνος,
ὑψόθεν ἐμπλήξασα θοὴ ἀνέμοιο καταῖξ
αὐτοῖσι σφήνεσσιν ὑπὲκ προτόνων ἐρύσηται·

1195. αὐτοῖσι etiam Vr. pro vulg. αὐτοῖσιν. 1199. Ol. βαθύῤῥιζον. 1201. Ol. ὅτ᾽ ἄν. 1202. Neſcio quo auctore Brunk. ordine inverſo πέλει δύσις. 1204. Ol. ὑπ᾽ ἐκ.

ipſe ſibi celeriter commodum pararet.
invenit deinde abietem circumvagatus, nec nimium multis
oneratam ramis, nec valde frondentem,
ſed qualis procerae ramus eſt populi,
tanta ſimul et longitudine et craſſitie erat viſenda.
confeſtim ſagittiferam humi depoſuit pharetram,
cum ipſo arcu, exuitque pellem leonis.
illa (abiete) ipſe aerata clava ad ſolum percuſſa
infra utraque truncum comprehendit manu,
robore fretus: latum vero humerum oppoſuit ei
cruribus divaricatis: e ſolo autem quanquam altas habentem radices
inhaerens evulſit, cum ipſis glebis adjunctis terrae.
ſicut autem improviſo malum navis, quando maxime
hibernus ſaevi occaſus eſt Orionis,
deſuper irruens ſubita venti procella
cum ipſis cuneis a rudentibus avellit:

ὡς ὅγε τὴν ἤειρεν. ὁμοῦ δ' ἀνὰ τόξα καὶ ἰοὺς,
δέρμα θ' ἑλὼν, ῥόπαλόν τε, παλίσσυτος ὦρτο νέεσθαι.
Τόφρα θ' Ὕλας χαλκέῃ σὺν κάλπιδι νόσφιν ὁμίλου
δίζετο κρηναίης ἱερὸν ῥόον, ὥς κεν οἱ ὕδωρ
φθαίη ἀφυσσάμενος ποτιδόρπιον, ἄλλα τε πάντα
στραλέως κατὰ κόσμον ἐπαρτίσσειεν ἰόντι.
δὴ γάρ μιν τοίοισιν ἐν ἤθεσιν αὐτὸς ἔφερβε,
νηπίαχον τὰ πρῶτα, δόμων ἐκ πατρὸς ἀπούρας,
δίου Θειοδάμαντος, ὃν ἐν Δρυόπεσσιν ἔπεφνε
νηλειῶς, βοὸς ἀμφὶ γεωμόρου ἀντιόωντα.
ἤτοι ὁ μὲν νειοῖο γύας τέμνεσκεν ἀρότρῳ
Θειοδάμας ἀνίῃ βεβολημένος· αὐτὰρ ὅ τόν γε
βοῦν ἀρότην ἤνωγε παρασχέμεν οὐκ ἐθέλοντα.
ἵετο γὰρ πρόφασιν πολέμου Δρυόπεσσι βαλέσθαι
λευγαλέην, ἐπεὶ οὔ τι δίκης ἀλέγοντες ἔναιον.
ἀλλὰ τὰ μὲν τηλοῦ κεν ἀποπλάγξειεν ἀοιδῆς.

1208. Ol. δίζητο κρήνης i. ῥ. ὡς καὶ οἱ — δίζετο et κεν etiam Vrat. 1210. Ol. ἀτραλέως. 1212. ſ. Ol. νηπιάχοντα et ἔπεφνεν.

ſic ille hanc ſuſtulit. una vero arcu et ſagittis
et pelle iterum ſumtis, et clava, reverti coepit.
Interea *Hylas* aenea cum urna ſeorſum a coetu
quaeſivit fontis ſacrum fluxum, ut ipſi aquam
prior hauriret ad coenam, et alia omnia
diligenter ex ordine pararet revertenti.
etenim eum his moribus ipſe educaverat
infantem primum, quem ex aedibus patris abſtulerat
divini Theodamantis, quem inter Dryopes trucidaverat
crudeliter, bovis aratoris cauſa adverſantem.
ſcilicet novalis jugera ſecabat aratro
Theodamas triſtitia agitatus: at ille
bovem aratorem juſſit tradere ſibi nolentem.
quaerebat enim cauſam belli Dryopibus inferendi
luctuoſam, quia nullam juſtitiae rationem habentes vivebant.
verum iſta longius aberrare me a carmine facerent.

αἶψα δ᾽ ὅγε κρήνην μετεκίαθεν, ἣν καλέουσι
Πηγὰς ἀγχίγυοι περιναιέται. οἱ δέ που ἄρτι
Νυμφάων ἵσταντο χοροί· μέλε γάρ σφισι πάσαις,
ὅσσαι κεῖσ᾽ ἐρατὸν Νύμφαι ῥίον ἀμφενέμοντο,
Ἄρτεμιν ἐννυχίῃσιν ἀεὶ μέλπεσθαι ἀοιδαῖς.
αἱ μὲν ὅσαι σκοπιὰς ὀρέων λάχον, ἢ καὶ ἐναύλους,
αἵ γε μὲν ὑλήωροι ἀπόπροθεν ἐστιχόωντο·
ἡ δὲ νέον κρήνης ἀνεδύετο καλλινάοιο
Νύμφη ἐφυδατίη· τὸν δὲ σχεδὸν εἰσενόησε
κάλλεϊ καὶ γλυκερῇσιν ἐρευθόμενον χαρίτεσσι.
πρὸς γάρ οἱ διχόμηνις ἀπ᾽ αἰθέρος αὐγάζουσα
βάλλε Σεληναίη· τὴν δὲ φρένας ἐπτοίησε
Κύπρις, ἀμηχανίῃ δὲ μόγις συναγείρατο θυμόν.
αὐτὰρ ὅγ᾽ ὡς τὰ πρῶτα ῥόῳ ἔνι κάλπιν ἔρεισε

1221. Ol. *καλέουσιν*. 1224. *ῥίον* cum Vrat. 3. Vatt. pro *ῥόον*. 1226 Matthiae v. 1227 anteponi et tum in hoc *ἡ μὲν ὅσαι* legi vult. 1230. Ol. *χαρίτεσσιν*. 1232. Ol. *τῆς δ. φ. ἐπτοίησεν*. 1234. V. *ταπρῶτα*.

ſtatim ille (Hylas) fontem adiit, quem appellant
Pegas propinqui accolae; forte tum
Nympharum inſtituebantur chori: curae enim erat ipſis omnibus,
quae ibi amoenum Nymphae promontorium incolebant,
Dianam nocturnis ſemper celebrare cantibus.
aliae quae vertices montium ſortitae erant, aut etiam antra,
aliae ſylveſtres longe deinceps procedebant:
nuper vero e fonte emerſerat pulcrifluo
Nympha ephydatia (fontana): illum vero prope conſpexit
pulcritudine et dulcibus rubentem gratiis.
nam ei plena ex aethere ſplendens
affulgebat Luna: illius vero mentem attonitam reddidit
Cypris, et prae inopia conſilii vix collegit animum.
at iſte ut primum aquae ſitulam immiſit

λέχρις ἐπιχριμφθεὶς, περὶ δ' ἄσπετον ἔβραχεν ὕδωρ
χαλκὸν ἐς ἠχήεντα φορεύμενον, αὐτίκα δ' ἥγε
λαιὸν μὲν καθύπερθεν ἐπ' αὐχένος ἄνθετο πῆχυν,
κῦσσαι ἐπιθύουσα τέρεν στόμα· δεξιτερῇ δὲ
ἀγκῶν' ἔσπασε χειρὶ, μέσῃ δ' ἐνικάββαλε δίνῃ.
Τοῦ δ' ἥρως ἰάχοντος ἐπέκλυεν οἶος ἑταίρων
Εἰλατίδης Πολύφημος, ἰὼν προτέρωσε κελεύθου.
δέκτο γὰρ Ἡρακλῆα πελώριον, ὁππόθ' ἵκοιτο.
βῆ δὲ μεταΐξας Πηγέων σχεδὸν, ἠΰτε τις θὴρ
ἄγριος, ὅν ῥά τε γῆρυς ἀπόπροθεν ἵκετο μήλων,
λιμῷ δ' αἰθόμενος μετανίσσεται, οὐδ' ἐπέκυρσε
ποίμνῃσι· πρὸ γὰρ αὐτοὶ ἐνὶ σταθμοῖσι νομῆες
ἔλσαν· ὁ δὲ στενάχων βρέμει ἄσπετον, ὄφρα κάμῃσιν·
ὣς τότ' ἄρ' Εἰλατίδης μεγάλ' ἔστενεν, ἀμφὶ δὲ χῶρον
φοίτα κεκληγὼς, μελέη δέ οἱ ἔπλετο φωνή.
αἶψα δ' ἐρυσσάμενος μέγα φάσγανον ὦρτο δίεσθαι,

1238. κῦσσαι Vrat. Vulg. κῦσαι. Br. κύσσαι. 1243. Πηγέων majuſc. lit. Br. Ol. πηγέων. 1246. Ol. ποίμνῃσιν. 1250. δίεσθαι e Suida Ruhnk. pro vulg. νέεσθαι.

obliquo corpore inclinatus, et plurima reſonuerat unda
in aes ſonorum infuſa, ſtatim haec
ſiniſtram ſuperne collo circumjecit ulnam
oſculari cupiens tenerum os: dextra vero
cubitum attraxit manu, mediumque demerſit in verticem.
Hunc heros clamantem audivit ſolus ſociorum
Elatides Polyphemus progreſſus longius via:
exſpectabat enim Herculem ingentem reverſurum.
ivit igitur properans ad Pegas, inſtar cujusdam ferae
ſylveſtris, ad quam balatus eminus pervenit ovium;
fame autem ardens accurrit, nec tamen potitur
gregibus; antea enim ipſi in ſtabula paſtores
egerant: illa gemens fremit immane, uſque dum defecerit:
ſic tum Elati filius valde ingemuit, circa locum autem
oberravit clamans; at irrita ipſius fuit vox.
ſtatim igitur ſtricto magno enſe coepit perſequi,

μή πως ἢ θήρεσσιν ἕλωρ πέλεν, ἠέ μιν ἄνδρες
μοῦνον ἐόντ' ἐλόχησαν, ἄγουσι δὲ ληίδ' ἑτοίμην.
ἔνθ' αὐτῷ ξύμβλητο κατὰ στίβον Ἡρακλῆϊ,
γυμνὸν ἐπαΐσσων παλάμῃ ξίφος· εὖ δέ μιν ἔγνω
σπερχόμενον μετὰ νῆα διὰ κνέφας. αὐτίκα δ' ἄτην
ἔκφατο λευγαλέην, βεβαρημένος ἄσθματι θυμόν·
„Δαιμόνιε, στυγερόν τοι ἄχος πάμπρωτος ἐνίψω.
οὐ γὰρ Ὕλας κρήνηνδε κιὼν σόος αὖτις ἱκάνει.
ἀλλά ἑ ληϊστῆρες ἐνιχρίμψαντες ἄγουσιν,
ἢ θῆρες σίνονται· ἐγὼ δ' ἰάχοντος ἄκουσα."
Ὣς φάτο· τῷ δ' ἀΐοντι κατὰ κροτάφων ἅλις ἱδρὼς
κήκιεν, ἐν δὲ κελαινὸν ὑπὸ σπλάγχνοις ζέεν αἷμα.
χωόμενος δ' ἐλάτην χαμάδις βάλεν, ἐς δὲ κέλευθον
τὴν θέεν, ᾗ πόδες αὐτὸν ὑπέκφερον ἀΐσσοντα.
ὡς δ' ὅτε τίς τε μύωπι τετυμμένος ἔσσυτο ταῦρος,
πίσεά τε προλιπὼν καὶ ἑλεσπίδας, οὐδὲ νομήων

1251. πέλεν ex aliquot codd. Br. pro vulg. πέλοι. 1257. Ol. πάμπρωτον. Verum dat etiam Vrat. cod. cum tribus Vatt. et Brunk.

ne forte aut feris praedae eſſet, aut ipſi incolae,
cum ſolus eſſet, inſidiarentur, praedamque paratam abducerent.
tum in ipſum incidit in via Herculem,
nudum rotans manu enſem: bene vero eum agnovit
feſtinantem ad navem in tenebris: ſtatim vero jacturam
expoſuit triſtem, graviter anhelans:
„Miſer, acerbum tibi dolorem primus eloquar.
neque enim Hylas, qui ad fontem abiit, ſalvus redit,
verum enim latrones captum abducunt,
aut ferae laedunt: ego vero clamantem audivi."
Sic dixit: illi audienti de capite multus ſudor
defluxit, intusque ater in pectore aeſtuavit ſanguis;
iratus vero abietem in humum projecit, atque via
illa cucurrit, qua pedes ipſum ferebant ruentem.
ut vero quis aſilo ictus fertur taurus
pratis relictis et paludibus, nec paſtores

οὐδ' ἀγέλης ὄθεται, πρήσσει δ' ὁδὸν, ἄλλοτ' ἄπαυστος,
ἄλλοτε δ' ἱστάμενος, καὶ ἀνὰ πλατὺν αὐχέν' ἀείρων,
ἵησι μύκημα, κακῷ βεβολημένος οἴστρῳ·
ὥς ὅγε μαιμώων, ὁτὲ μὲν θοὰ γοῦνατ' ἔπαλλε
συνεχέως, ὁτὲ δ' αὖτε μεταλήγων καμάτοιο
τῆλε διαπρύσιον μεγάλῃ βοάασκεν ἀϋτῇ.
Αὐτίκα δ' ἀκροτάτας ὑπερέσχεθεν ἄκριας ἀστὴρ
ἠῷος, πνοιαὶ δὲ κατήλυθον· ὦκα δὲ Τῖφυς
ἐσβαίνειν ὀρόθυνεν, ἐπαύρεσθαί τ' ἀνέμοιο.
οἱ δ' ἔσβαινον ἄφαρ λελιημένοι· ὕψι δὲ νηὸς
εὐναίας ἐρύσαντες ἀνεκρούσαντο κάλωας.
κυρτώθη δ' ἀνέμῳ λίνα μεσσόθι, τῆλε δ' ἀπ' ἀκτῆς
γηθόσυνοι φορέοντο παραὶ Ποσιδήιον ἄκρην.
ἦμος δ' οὐρανόθεν χαροπὴ ὑπολάμπεται ἠὼς
ἐκ περάτης ἀνιοῦσα, διαγλαύσσουσι δ' ἀταρποὶ

1269. f. Ol. ἵησιν — ἔπαλλεν. 1271. μεταλήγων etiam Vrat. 3. Vatt. Ol. μεταλλήγων. 1276. Contra codd. Brunk. εἴσβαινον. 1281. διαγλαύσσουσιν tres Vatt.

nec gregem curat, conficit vero viam nunc irrequietus,
nunc conſiſtens, atque latam tollens cervicem
edit mugitum infeſto ictus oeſtro:
ſic ille impetu abreptus nunc velocia genua agitavit (cucurrit)
continuo, nunc rurſus ceſſans a labore (curſu)
longe penetrantem magna clamorem edidit voce.
Statim vero ubi ſummos ſuperaverat vertices ſtella
matutina, venti increbruerunt: nec mora Tiphys
conſcendere navem juſſit, et frui vento.
illi inſcenderunt ſtatim lubentes, et in altum navis
ancoris tractis ſolverunt rudentes.
curvabantur autem vento lintea (vela) media, et longe a littore
laetabundi praetervehebantur Poſideium promontorium.
quando vero coelitus ſerena ſplendet aurora
a termino reverſa, colluſtrantur vero viae

καὶ πεδία δροσόεντα φαεινῇ λάμπεται αἴγλῃ,
τῆμος τούς γ' ἐνόησαν ἀιδρείῃσι λιπόντες.
ἐν δέ σφι κρατερὸν νεῖκος πέσεν, ἐν δὲ κολῳὸς
ἄσπετος, εἰ τὸν ἄριστον ἀποπρολιπόντες ἔβησαν
σφωϊτέρων ἑτάρων. ὁ δ' ἀμηχανίῃσιν ἀτυχθεὶς
οὐδέ τι τοῖον ἔπος μετεφώνεεν, οὐδέ τι τοῖον
Αἰσονίδης· ἀλλ' ἧστο βαρείῃ νειόθεν ἄτῃ
θυμὸν ἔδων· Τελαμῶνα δ' ἕλε χόλος, ὧδέ τ' ἔειπεν·
„Ἧσ' αὔτως εὔκηλος, ἐπεί νύ τοι ἄρμενον ἦεν
Ἡρακλῆα λιπεῖν· σέο δ' ἔκτοθι μῆτις ὄρωρεν,
ὄφρα τὸ κείνου κῦδος ἀν' Ἑλλάδα μή σε καλύψῃ,
αἴ κε θεοὶ δώωσιν ὑπότροπον οἴκαδε νόστον.
ἀλλὰ τί μύθων ἦδος· ἐπεὶ καὶ νόσφιν ἑταίρων
εἶμι τεῶν, οἳ τόν γε δόλον συνετεκτήναντο."

1282. ſſ. φαεινῇ — αἴγλῃ — τούς γ' et σφι cum Vrat., ἀιδρείῃσι cum Br. Vulg. olim: φαεινὴ — αἴγλη· — τοὺςδ' — ἀιδρίῃσι — σφιν. 1287. οὐδέ τι bis cum Vrat. et aliquot Vatt. Ol. οὐδ' ἔτι. 1289. Ol. ἕλεν. Tres Vatt. ἕλεν ἄχος. 1294. Poſt ἦδος Br. comma.

et campi roſcidi lucido ſplendent fulgore:
tum illos (Herculem et Polyphemum) ſenſerunt imprudenter ſe reliquiſſe.
inter ipſos autem contentio exſtitit, tumultusque
ingens, quod fortiſſimo relicto profecti fuerint
ſuorum ſociorum. ſed conſilii inopia perculſus
nec hoc verbum locutus eſt nec illud
Iaſon; immo ſedit ob gravem penitus calamitatem
animum macerans: Telamonem vero corripuit ira, et ſic locutus eſt:
„Sedes ita quietus, quoniam ſcilicet tibi commodum erat
Herculem relinquere: a te conſilium hoc profectum eſt,
ut illius gloria per Graeciam ne tibi officeret,
ſi forte dii conceſſerint, ut domum reverteremur.
ſed quid verba proſunt? nam et ipſe ſeorſum a ſociis
abibo tuis, qui huncce dolum una machinati ſunt."

Ἦ, καὶ ἐς Ἀγνιάδην Τῖφυν θόρε· τὼ δέ οἱ ὄσσε
ἔστλιγγες μαλεροῖο πυρὸς ὣς ἰνδάλλοντο.
καί νύ κεν ἂψ ὀπίσω Μυσῶν ἐπὶ γαῖαν ἵκοντο,
λαῖτμα βιησάμενοι, ἀνέμου τ' ἄλληκτον ἰωὴν,
εἰ μὴ Θρηϊκίοιο δύω υἷες Βορέαο
Αἰακίδην χαλεποῖσιν ἐρητύεσκον ἔπεσσι
σχέτλιοι· ἦ τέ σφι στυγερὴ τίσις ἔπλετ' ὀπίσσω
χερσὶν ὑφ' Ἡρακλῆος, ὅ μιν δίζεσθαι ἔρυκον.
ἄθλων γὰρ Πελίαο δεδουπότος ἂψ ἀνιόντας
Τήνῳ ἐν ἀμφιρύτῃ πέφνεν, καὶ ἀμήσατο γαῖαν
ἀμφ' αὐτοῖς, στήλας τε δύω καθύπερθεν ἔτευξε,
ὧν ἑτέρη, θάμβος περιώσιον ἀνδράσι λεύσσειν,
κινυται ἠχήεντος ὑπὸ πνοιῇ Βορέαο.
καὶ τὰ μὲν ὣς ἤμελλε μετὰ χρόνον ἐκτελέεσθαι·
τοῖσιν δὲ Γλαῦκος βρυχίης ἁλὸς ἐξεφαάνθη,

1301. Ol. ἔπεσσιν et v. ſeq. σφιν. 1305. Br. πέφνε, ſine codd. 1307. λεύσσειν etiam Vrat. Ol. λεύσειν.

Dixit, et in Agniaden Tiphyn irruit: ſed oculi ejus
ſcintillis flagrantis ignis ſimiles apparebant.
atque profecto rurſus in Myſorum terram rediiſſent
aequori reluctantes ventique continuo flatui,
niſi Thracii duo filii Boreae
Aeaci filium (Telamonem) gravibus increpuiſſent verbis
miſeri: profecto enim iis triſtis poena fuit poſtea
manibus Herculis, quod ipſum requiri vetuerant.
a certaminibus enim Pelia defuncto reverſos
in Teno circumflua occidit, atque congeſſit terram
circa eos, columnasque duas ſuperſtruxit,
quarum altera, miraculum ingens hominibus viſu,
movetur ſonoro flatu Boreae.
atque haec ſic erant aliquamdiu poſt eventura.
illis (Argonautis) vero *Glaucus* fremibundo ex mari apparuit,

Νηρῆος θείοιο πολυφράδμων ὑποφήτης·
ὕψι δὲ λαχνῆέν τε κάρη καὶ στήθε' ἀείρας
νειόθεν ἐκ λαγόνων, στιβαρῇ γ' ἐπορέξατο χειρὶ
νηΐου ὁλκαίοιο, καὶ ἴαχεν ἐσσυμένοισι·
„Τίπτε παρὲκ μεγάλοιο Διὸς μενεαίνετε βουλὴν
Αἰήτεω πτολίεθρον ἄγειν θρασὺν Ἡρακλῆα;
Ἄργει οἱ μοῖρ' ἐστὶν ἀτασθάλῳ Εὐρυσθῆϊ
ἐκπλῆσαι μογέοντα δυώδεκα πάντας ἀέθλους,
ναίειν δ' ἀθανάτοισι συνέστιον, εἴ κ' ἔτι παύρους
ἐξανύσῃ· τῶ μή τι ποθὴ κείνοιο πελέσθω.
αὔτως δ' αὖ Πολύφημον ἐπὶ προχοῇσι Κίοιο
πέπρωται Μυσοῖσι περικλεὲς ἄστυ καμόντα,
μοῖραν ἀναπλήσειν Χαλύβων ἐν ἀπείρονι γαίῃ·
αὐτὰρ Ὕλαν φιλότητι θεὰ ποιήσατο Νύμφη
ὃν πόσιν, οἷό περ ἕνεκ' ἀποπλαγχθέντες ἔλειφθεν.“
Ἦ, καὶ κῦμ' ἀλίαστον ἐφέσσατο νειόθι δύψας·

1313. γ' poſt στιβαρῇ ex uno cod. inſeruit Br. V. ſeq. ol. ἐσσυμένοισιν. 1323. Optime Ruhnk. conj. ἀτείρει' γ. 1325. ἔλαφθεν etiam Vrat. et codd. Br. atque 3. Vatt. Ol. ἔλιφθεν.

Nelei divini prudentiſſimus vates:
in altum vero hirſuto capite et pectore elato
ex imo ad ilia uſque, valida prehendit manu
lignum navis caudae, atque allocutus eſt properantes:
„Cur contra magni Iovis cupitis voluntatem
in Aeetae urbem abducere animoſum Herculem?
Argis ei fatale eſt injuſto Euryſtheo
perficere laborantem duodecim omnes labores,
habitare autem cum immortalibus, ſi modo paucos
confecerit; quare nullum deſiderium ejus eſto.
ita vero etiam Polyphemum ad oſtia Cii,
decretum eſt, Myſis celebri urbe condita,
mortem obire Chalybum in immenſa terra.
at Hylam ob amorem dea ſibi adſcivit Nympha
conjugem, cujus quidem cauſa illi errantes relicti ſunt.“
Dixit, et fluctum vaſtum ſubiit in imum merſus:

ἀμφὶ δέ οἱ δίνῃσι κυκώμενον ἄφρεεν ὕδωρ
πορφύρεον· κοίλην δὲ διὲξ ἁλὸς ἔκλυσε νῆα.
γήθησαν δ' ἥρωες· ὁ δ' ἐσσυμένως ἐβεβήκει
Αἰακίδης Τελαμὼν ἐς Ἰήσονα, χεῖρα δὲ χειρὶ
ἄκρην ἀμφιβαλὼν προσπτύξατο, φώνησέν τε·
„Αἰσονίδη, μή μοί τι χολώσεαι, ἀφραδίῃσιν
εἴ τι περ ἀασάμην· πέρι γάρ μ' ἄχος ἧκεν ἐνίσπειν
μῦθον ὑπερφίαλόν τε καὶ ἄσχετον. ἀλλ' ἀνέμοισι
δώομεν ἀμπλακίην, ὡς καὶ πάρος εὐμενέοντες.“
Τὸν δ' αὖτ' Αἴσονος υἱὸς ἐπιφραδέως προσέειπεν·
„Ὦ πέπον, ἦ μάλα δή με κακῷ ἐκυδάσσαο μύθῳ,
φὰς ἐνὶ τοῖσιν ἅπασιν ἐνηέος ἀνδρὸς ἀλείτην
ἔμμεναι. ἀλλ' οὐ θήν τοι ἀδευκέα μῆνιν ἀέξω,
πρίν περ ἀνιηθείς· ἐπεὶ οὐ περὶ πώεσι μήλων,
οὐδὲ περὶ κτεάτεσσι χαλεψάμενος μενέηνας,

1328. Ol. δι' ἐξ. 1333. ſ. ἧκεν cum Vrat. et al. codd. pro ἦλεν, cum Br. ἐνίσπειν — ἀνέμοισι pro ἐνισπεῖν — ἀνέμοισιν.

circa eum vero vorticibus turbata ſpumabat aqua
purpurea, cavamque per mare proluebat navem.
laetati vero ſunt heroes: ſed propere adiit
Acacides Telamon Iaſonem manumque manui
ſummam injiciens complexus eſt et haec locutus:
„Iaſon, ne mihi iraſcaris, imprudentia
ſi quid offenderim. nam dolor me compulit, ut dicerem
verba inſolentia neque ferenda. at ventis
demus peccatum (avehendum), ut antea benevoli.“
Eum viciſſim Aeſonis filius prudenter allocutus eſt:
„Amice, ſane acerbis me petiiſti dictis,
quum contenderes inter hos omnes, me in benevolum virum
peccaſſe. at non diu amaram iram foveo,
quanquam antea dolore affectus: quoniam non ob greges ovium
neque poſſeſſiones iratus ſuccenſuiſti,

ἀλλ' ἑτάρου περὶ φωτός· ἔολπα δέ τοι σὲ καὶ ἄλλῳ
ἀμφ' ἐμεῦ, εἰ τοιόνδε πέλοι ποτὲ, δηρίσεσθαι."
Ἦ ῥα, καὶ ἀρθμηθέντες, ὅπη πάρος, ἑδριόωντο.
τὼ δὲ Διὸς βουλῆσιν, ὁ μὲν Μυσοῖσι βαλέσθαι
μέλλεν ἐπώνυμον ἄστυ πολισσάμενος ποταμοῖο
Εἰλατίδης Πολύφημος· ὁ δ' Εὐρυσθῆος ἀέθλους
αὖτις ἰὼν πονέεσθαι. ἐπηπείλησε δὲ γαῖαν
Μυσίδ' ἀναστήσειν αὐτοσχεδὸν, ὁππότε μή οἱ
ἢ ζωοῦ εὕροιεν Ὕλα μόρον, ἠὲ θανόντος.
τοῖο δὲ ῥύσι' ὄπασσαν ἀποκρίναντες ἀρίστους
υἱέας ἐκ δήμοιο, καὶ ὅρκια ποιήσαντο,
μή ποτε μαστεύοντες ἀπολλήξειν καμάτοιο.
τοὔνεκεν εἰσέτι νῦν περ Ὕλαν ἐρέουσι Κιανοὶ,
κοῦρον Θειοδάμαντος, ἐϋκτιμένης τε μέλονται
Τρηχῖνος. δὴ γάρ ῥα καταυτόθι νάσσατο παῖδας,

1342. δέ τοι σὲ e Vr. et al. codd. Olim: δ' ἔτι σέ. 1349. Ol. ἀνστήσειν. 1352. Pierſ. conj. ὅρκ. πιστώσαντο. 1353. Ol. ἀπολλήξαν. 1356. Cum tribus Vatt. dedi καταυτόθι pro κατ' αὐτ. ubi κατ' cum verbo jungendum erat.

ſed propter amicum virum: ſpero vero te etiam cum alio
mei cauſa, ſi tale quid unquam acciderit, certaturum eſſe.“
Dixit, atque reconciliati ibi, ubi antea, ſedebant.
illi vero ex Iovis voluntate, alter Myſis conditurus
erat exſtructuruſque cognominem urbem fluvii
Elatides Polyphemus: ſed alter Euryſthei labores
reverſus perfecturus. minatus vero eſt ſe terram
Myſiam vaſtaturum eſſe protinus, niſi (incolae) ipſi
aut vivi invenirent Hylae ſortem, aut mortui.
pro eo igitur obſides dederunt ſelectos nobiliſſimos
ſilios e populo, atque jurejurando confirmarunt,
ſe nunquam quaerendi omiſſuros eſſe laborem.
quare etiamnum Hylam inveſtigant Ciani
filium Theodamantis, atque bene ſtructam curant
Trachinem. etenim ibi depoſuerat (Hercules) filios,

οὓς οἱ ῥύσια κεῖθεν ἐπιπροέηκαν ἄγεσθαι.
Νηῦν δὲ πανημερίην ἄνεμος φέρε νυκτί τε πάσῃ
λάβρος ἐπιπνείων· ἀτὰρ οὐδ' ἐπὶ τυτθὸν ἄητο
ἠοῦς τελλομένης. οἱ δὲ χθονὸς εἰσανέχουσαν
ἀκτὴν ἐκ κόλποιο μάλ' εὐρεῖάν γ' ἐσιδέσθαι
φρασσάμενοι, κώπῃσιν ἅμ' ἠελίῳ ἐπέκελσαν.

1358. Ol. vulg. Ναῦν, ſed codd. etiam Vrat. Ionicam formam exhibent.. 1361. γ' cum Br. inſerui. 1362. Hic vulgo additus eſt verſus iſte: ἠὼς δ' οὐ μετὰ δηρὸν ἐελδομένοις ἐφαάνθη, qui eſt ultimus libri II. verſus male huc relatus. Delevit Br. Nam aurorae hic jam erat mentio facta.

quos ei obſides commiſerant inde abducendos.
Navem vero per totum diem ventus ferebat nocteque omni
vehementer flans; at ne tantillum quidem ſpirabat
aurora exorta. Illi igitur terrae prominens
littus e ſinu admodum amplum viſu
obſervantes, remis ſole exoriente eo appulerunt.

ARGVMENTVM LIBRI SECVNDI.

I. Erant eo loco caſtra Amyci, regis Bebrycum, qui omnes hoſpites ſecum depugnâre cogebat (1-7.), atque adeo Argonautas ad pugilatum provocavit (-18.); accepit conditionem Pollux (-24.). Inſtitutum igitur eſt certamen, quod venuſto epiſodio (25-97.) deſcribitur. Bebryces, caedem regis ſui ulturi, quem Pollux occiderat ictu, aggrediuntur Argonautas, exſtititque pugna, qua Bebryces, multis civibus amiſſis, fuſi et fugati ſunt (-137.). Interea Mariandyni duce Lyco eorum agros vaſtaverant (141.). Sed inter Argonautas aliquis conqueſtus eſt, Herculem huic pugnae non interfuiſſe (-154.). Noctu Argonautae epulis ſacrisque rebus et cantui indulſerunt (-163.), ſed mane, praeda navi impoſita, per Boſporum navigarunt, non ſine periculo, tamen ſalvi, et poſtridie in oppoſitam Bithyniae oram appulerunt (-177.). II. Hic juxta littus habitabat Phineus, a Iove propter abuſum vaticinandi artis coecitate et victus privatione per Harpyias punitus (-193.). Is ubi intellexit, adeſſe Argonautas, per quos ab Harpyiis ſe liberatum iri ſciebat, rogavit eos, ut ſibi, ex oraculi voce, opitularentur, oraculumque ipſum expoſuit (-240.). Filii igitur Boreae Harpyias celerrime inſecuti, ad inſulas Strophadas, interficere tamen non potuerunt, moniti ab Iride, nunquam illas ad Phineumredituras eſſe (-300.). Interea cum Phineo epulati ſunt Argonautae (-310.), quibus navigationis uſque in Pontum rationem, quantum licebat, expoſuit (-407.), ſed, rogante Iaſone, non niſi paucis verbis res in Colchide agendas ſignificavit (-425.). Iam redierant Boreae filii, resque a ſe geſtas narraverunt (-435.). Protracti ſunt ſermones ad auroram uſque (-450.), quo tempore ſolebant accolae ad Phineum confluere, et reſponſa accipere; ex iis Phineus retinuit Paraebium, quo ablegato ad ovem adducendam (-468.), Phineus hujus Paraebii et patris ejus fata Argonautis narravit eleganti epiſodio (-489.). Interea Paraebius ad-

duxerat duas oves, quas Apollini juſſu Phinei immolarunt Iaſon et Boreadae; epulis factis, ſomno ſe dederunt (-497.). Mane eteſiae ſpirabant, quarum originem novo epiſodio, de Cyrene ejusque filio Ariſtaeo (500-528.), explicat poeta. His eteſiis per quadraginta dies detenti, tandem ara duodecim diis exſtructa et ſacris factis, inde ſolverunt (-536.). III. Minervae vero, quae celeriter advenerat, auxilio, non ſine ſummo periculo, per petras illas Cyaneas ſalvi evaſerunt, quas fatale erat firmas ſtare, ſi quis ſalvus per eas tranſierit (-606.). Tiphys agnoſcit gratus Minervae opem, jubetque Iaſonem bono eſſe animo (-618.); hic metum et ſollicitudinem primum ſimulat (-637.), ſed, ſociorum ſententiis perſpectis, oſtendit, quantam in eorum animis ponat fiduciam (-649.). IV. Enarratur, quae loca porro attigerint, usque dum appellerent ad inſulam deſertam Thyniadem (-673.), ubi cum primo mane iis apparuiſſet Apollo (-684.), ſuaſu Orphei eam appellarunt Eoi Apollinis inſulam, huicque ſacra fecerunt, accinente Orpheo, et Argonautis ipſis foedus ſuum jurejurando ſancientibus (-719.). V. Perſequitur navigationem uſque in portum Acheruſium in promontorio terrae Mariandynorum, quem uberius deſcribit (-751.). Lycus, illius terrae rex, et Mariandyni, qui diu cum Amyco et Bebrycibus bellum geſſerant, foedus inierunt cum Argonautis, et Lycus eos urbe excepit (-761.), cui cum Iaſon omnes res adhuc geſtas expoſuiſſet (-771.), Lycus maxime doluit, Herculem relictum eſſe, cujus praeclare facta et merita in patrem ſuum non minus quam injurias, quas ipſe ab Amyco perpeſſus erat, expoſuit, muneraque heroibus, et filium Daſcylum expeditionis comitem dedit (-814.). In paluſtribus locis illius littoris *Idmon* ab apro eſt interfectus, et ſolemni funere ſepultus (-850.). Obiit vero etiam ex morbo *Tiphys* Agniades (-860.). Luctus diutius etiam eos detinuiſſet, niſi *Ancaeus*, incitante Iunone; Peleo ſuadente, ſociis ſuffragantibus, gubernacula navis cepiſſet (-898.). VI. Itaque duodecimo die pro-

79917

fecti ad Callichori oſtia (-911.) et Stheneli ſepulcrum devenerunt, cujus anima, Proſerpina concedente, tumulum conſcendit, et Argonautis viſa eſt, qui, Mopſo jubente, ſacris eam placarunt (-929.). Navem iterum ingreſſi, celeriter Parthenium fluvium et alia loca praetervecti (-945.), venerunt in Aſſyriam terram, quo Sinopen, Aſopi filiam, Iupiter deduxerat, virginitatis ſuae conſervandae ſtudioſiſſimam (-954.), neque diu ibi morati (-961.), ad oſtia Thermodontis in terra Amazonum appulerunt (-971.), cujus fluvii ſingularem naturam deſcribit (-984.). Argonautae vero cum Amazonibus pugnare coacti fuiſſent, niſi vento ſecundo littus reliquiſſent, dum Amazones, quae ſeparatae habitabant, armabantur (-1000.). Tum attigerunt terram Chalybum (-1008.), Tibarenorum (-1014.), Moſſynoecorum (-1030.), quorum omnium mores exponit breviter poeta. Vbi vero ex adverſo inſulae Aretiadis navigarunt, avis ejus inſulae advolavit, et pennam acutam in Oïleum emiſit, avem ſagitta interfecit Clytius (-1046.). Sed Amphidamantis conſilio clamore magno ſublato et ſtrepitu clypeorum iſtas aves fugarunt ex inſula (-1090.). Nam Phineus Argonautas huc appellere juſſerat. Etenim filii Phrixi, qui Colchica navi profecti erant ad petendas ex Orchomeno patris opes, tempeſtate jactati, et navi fracta, huc deferebantur eo tempore, petieruntque ab Argonautis opem (-1133.). Cognitum igitur Iaſoni eſt, hos cognatos eſſe, et intellectum, non ſine numine eveniſſe, ut hic in ipſos inciderent (-1167.). Sacris factis, Iaſon eos hortatus eſt, ut velleris aurei auferendi ſocii eſſent (-1195.), ſed Argus, unus e quatuor Phrixi filiis, rei maxima pericula expoſuit (-1215), at Peleus oſtendit, non metuendum eſſe Aeetam (-1225.). Poſtridie Argonautae ex inſula profecti, Philyraeam inſulam, quae a Philyra Saturno amata nomen habuit (-1241.), Macronas, Bechiras, Sapiras, Byzeras praetervecti (-1245.) conſpexerunt Caucaſios vertices, et aquila Prometheum lacerans volavit ſuper navem, Prometheique gemitus audiverunt (-1259.). Tandem Phaſin fluvium intrarunt, et in Colchidem venerunt. (-1285.).

ἈΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ῬΟΔΙΟΥ

ἈΡΓΟΝΑΥΤΙΚΩΝ

ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

Ἔνθάδ᾽ ἔσαν ςαθμοί τε βοῶν αὖλίς τ᾽ Ἀμύκοιο
Βεβρύκων βασιλῆος ἀγήνορος, ὅν ποτε Νύμφη
τίκτε, Ποσειδάωνι Γενεθλίῳ εὐνηθεῖσα,
Βιθυνὶς Μελίη, ὑπεροπλήεςατον ἀνδρῶν.
ὅς τ᾽ ἐπὶ καὶ ξείνοισιν ἀεικέα θεσμὸν ἔθηκε,
μή τιν᾽ ἀποςείχειν, πρὶν πειρήσασθαι ἑεῖο
πυγμαχίης· πολέας δὲ περικτιόνων ἐδάιξε.
καὶ τότε δὴ προτὶ νῆα κιὼν, χρειὼ μιν ἐρέσθαι
ναυτιλίης, οἵ τ᾽ εἶεν, ὑπερβασίῃσιν ἄτισσε·
τοῖον δ᾽ ἐν πάντεσσι παρασχεδὸν ἔκφατο μῦθον·

6. Ol. ἑοῖο. Correxit Br. Idem mavult πυγμαχίῃ. 8. Ol. καὶ δὲ τότε. Codd. καὶ δὴ τ.

APOLLONII RHODII

ARGONAVTICORVM

LIBER SECVNDVS.

Ibi erant et ſtabula boum et aula *Amyci*
Bebrycum regis ferocis, quem quondam Nympha
peperit, quae cum Neptuno Genitali rem habuerat,
Bithyna Melia, ſuperbiſſimum hominum:
qui etiam hoſpitibus iniquam legem imponebat,
ne quis inde diſcederet, priusquam periculum feciſſet cum ipſo
pugilatus: multos autem accolarum interfecerat.
atque tum quoque ad navem venit ſciſcitatum ex ipſis cauſſam
navigationis, quique eſſent, et ſuperbe eos contemſit;
haec vero inter omnes prope accedens elocutus eſt verba:

„Κέκλυθ' ἁλίπλαγκτοι, τάπερ ἴδμεναι ὔμμιν ἔοικεν.
οὔ τινα θέσμιόν ἐστιν ἀφορμηθέντα νέεσθαι
ἀνδρῶν ὀθνείων, ὅς κεν Βέβρυξι πελάσσῃ,
πρὶν χείρεσσιν ἐμῇσιν ἑὰς ἀνὰ χεῖρας ἀεῖραι.
τῶ καί μοι τὸν ἄριστον ἀποκριδὸν οἶον ὁμίλου
πυγμαχίῃ στήσασθε καταυτόθι δηρινθῆναι.
εἰ δ' ἂν ἀπηλεγέοντες ἐμὰς πατέοιτε θέμιστας,
ἦ κέν τις στυγερῶς κρατερὴ ἐπιέψετ' ἀνάγκη."
Ἦ ῥα μέγα φρονέων· τοὺς δ' ἄγριος εἰσαΐοντας
εἷλε χόλος· πέρι δ' αὖ Πολυδεύκεα τύψεν ὁμοκλή.
αἶψα δ' ἑῶν ἑτάρων πρόμος ἵστατο, φώνησέν τε·
„Ἴσχεο νῦν, μηδ' ἄμμι κακήν, ὅτις εὔχεαι εἶναι,
φαῖνε βίην· θεσμοῖς γὰρ ὑπείξομεν, ὡς ἀγορεύεις.
αὐτὸς ἑκὼν ἤδη τοι ὑπίσχομαι ἀντιάασθαι."

11. Male ol. κέκλυτ'. 13. Ol. κε B. 16. καταυτόθι junctim etiam Vrat. Ol. κατ' αὐτόθι. 18. κρατερὴ—ἀνάγκη cum Vrat. et Brunk. Ol. κρατερῇ—ἀνάγκῃ. 23. ὡς cum codd. ſervavi. Br. οἷς e v. 149. Nonn. edd. ὑπόσχομαι.

„Audite, in mari vagantes, quae ſcire vos convenit.
non quemquam fas eſt hinc diſcedere
virorum peregrinorum, qui ad Bebrycas devenerit,
priusquam contra meas manus ſuas manus ſuſtulerit.
quare etiam mihi optimum ſelectum ſolum e coetu,
pugilatu ſiſtite ut ſtatim mecum certet.
ſi vero negligentes meas transgreſſi fueritis leges,
certe quaedam inviſo modo dura premet neceſſitas."
Dixit ſuperbiens: hos vero acris audientes
cepit ira: *Pollucem* vero inprimis ſtimulavit provocatio.
ſtatim igitur ſociorum propugnator exſtitit et dixit:
„Cohibe te: nec nobis malam, quicunque gloriaris eſſe,
minare vim: legibus enim obſequemur, ut jubes.
ipſe ſponte jam tibi promitto me pugnaturum eſſe."

Ὣς φάτ' ἀπηλεγέως· ὁ δ' ἐσέδρακεν, ὄμμαθ' ἑλίξας,
ὥστε λέων ὑπ' ἄκοντι τετυμμένος, ὅν τ' ἐν ὄρεσσιν
ἀνέρες ἀμφιπένονται· ὁ δ' ἰλλόμενός περ ὁμίλῳ
τῶν μὲν ἔτ' οὐκ ἀλέγει, ἐπὶ δ' ὄσσεται οἰόθεν οἶος
ἄνδρα τόν, ὅς μιν ἔτυψε παροίτατος, οὐδ' ἐδάμασσεν.
ἔνθ' αὖ Τυνδαρίδης μὲν ἐΰστιπτον θέτο φᾶρος
λεπτόμιτον, τό ῥά οἵ τις ἑὸν ξεινήιον εἶναι
ὤπασε Λημνιάδων· ὁ δ' ἐρεμνὴν δίπτυχα λώπην
αὐτῇσι περόνῃσι, καλαύροπά τε τρηχεῖαν
κάββαλε, τὴν φορέεσκεν, ὀριτρεφέος κοτίνοιο.
αὐτίκα δ' ἐγγύθι χῶρον ἑαδότα παπτήναντες
ἷζον ἑοὺς δίχα πάντας ἐνὶ ψαμάθοισιν ἑταίρους,
οὐ δέμας, οὐδὲ φυὴν ἐναλίγκιοι εἰσοράασθαι.
ἀλλ' ὁ μὲν ἢ ὀλοοῖο Τυφωέος ἠὲ καὶ αὐτῆς

26. Ol. ὄρεσσι. 31. Ol. λεπτάλεον. Br. e 4. codd. emendavit. 35. In Flor. et Steph. πεπτήναντες, ſed codd. ut editur.

Sic dixit intrepide: ille vero intuitus eſt, oculos volvens,
ut leo jaculo vulneratus, quoque in montibus
viri occupantur, ille circumdatus multitudine
alios quidem non amplius curat, adſpicit vero ſolus
virum eum, qui ipſum vulneravit primus, neque tamen interfecit.
tum igitur Tyndarides (Pollux) bene factum depoſuit pallium
ſubtile, quod ei quaedam hoſpitale donum
dederat Lemniadum: iſte vero atram duplicem paenulam
cum ipſis fibulis, pedumque aſperum
abjecit, quod geſtabat ex montano oleaſtro factum.
deinde vero poſtquam prope, locum qui placuerat circumſpexerant,
ſedere juſſerunt ſuos ſeorſum omnes in littore ſocios,
nec corpore, nec ingenio ſimiles illi viſu.
immo iſte (Amycus) aut peſtiferi Typhoei aut etiam ipſius

Γαίης εἶναι ἔικτο πέλωρ τέκος, οἷα πάροιθε,
χωομένη Διΐ, τίκτεν· ὁ δ' οὐρανίῳ ἀτάλαντος
ἀστέρι Τυνδαρίδης, οὗπερ κάλλισται ἔασιν
ἑσπερίην διὰ νύκτα φαεινομένου ἀμαρυγαί.
τοῖος ἔην Διὸς υἱὸς ἔτι χνοάοντας ἰούλους
ἀντέλλων, ἔτι φαιδρὸς ἐν ὄμμασιν. ἀλλά οἱ ἀλκὴ
καὶ μένος ἠΰτε θηρὸς ἀέξετο· πῆλε δὲ χεῖρας
πειράζων ἔθ' ὡς πρὶν εὐτρόχαλοι φορέονται,
μηδ' ἄμυδις καμάτῳ τε καὶ εἰρεσίῃ βαρύθοιεν.
οὐ μὰν αὖτ' Ἄμυκος πειρήσατο· σῖγα δ' ἄπωθεν
ἑστηὼς εἰς αὐτὸν ἔχ' ὄμματα, καί οἱ ὀρέχθει
θυμὸς ἐελδομένῳ στηθέων ἐξ αἷμα κεδάσσαι.
τοῖσι δὲ μεσσηγὺς θεράπων Ἀμύκοιο Λυκωρεὺς
θῆκε πάροιθε ποδῶν δοιοὺς ἑκάτερθεν ἱμάντας
ὠμούς, ἀζαλέους, πέρι δ' οἵ γ' ἔσαν ἐσκληῶτες.
αὐτὰρ ὁ τόν γ' ἐπέεσσιν ὑπερφιάλοισι μετηύδα·

39. πάροιθε cum Brunk. pro vulg. πάροιθεν. 42. Pro ἑσπερίην placet, quod Wakef. conjecit, θεσπεσίην. 54. ὁ cum Vrat. Ol. ὅ.

Terrae eſſe videbatur monſtroſus partus, qualem (Tellus) olim
irata Iovi, peperit: ille autem coeleſti ſimilis
ſtellae, Tyndarides, cujus pulcherrimum eſt
heſperiam per noctem ſplendentis jubar.
talis erat Iovis filius, jam naſcentem lanuginem
emittens, jam alacer oculis. at ei robur
et vis, veluti ferae, creſcebat: jactabat autem manus
tentans, num ſicut antea agiles moverentur,
neque aſſiduo labore et remigatione rigerent.
non autem Amycus periculum fecit: ſed tacite procul
ſtans in ipſum intendit oculos, atque ei exſultavit
animus, cupienti e pectoribus (adverſarii) ſanguinem effundere.
illis interea ſervus Amyci *Lycoreus*
poſuit ante pedes geminos utrinque caeſtus
crudos, ſiccos, qui admodum induruerant.
at iſte hunc verbis arrogantibus allocutus eſt:

„Τῶνδέ τοι, ὅν κ᾽ ἐθέλῃσθα, πάλου ἄτερ, ἐγγυαλίξω
αὐτὸς ἑκὼν, ἵνα μή μοι ἀτέμβηαι μετόπισθεν.
ἀλλὰ βάλευ περὶ χειρί· δαεὶς δέ κεν ἄλλῳ ἐνίσποις,
ὅσσον ἐγὼ ῥινούς τε βοῶν πέρι τ᾽ εἰμὶ ταμέσθαι
ἀζαλέας, ἀνδρῶν τε παρηΐδας αἵματι φῦρσαι.“
Ὣς ἔφατ᾽· αὐτὰρ ὅγ᾽ οὔτι παραβλήδην ἐρίδηνεν.
ἧκα δὲ μειδήσας, οἵ οἱ παρὰ ποσσὶν ἔκειντο,
τοὺς ἕλεν ἀπροφάτως· τοῦ δ᾽ ἀντίος ἤλυθε Κάστωρ,
ἠδὲ Βιαντιάδης Ταλαὸς μέγας· ὦκα δ᾽ ἱμάντας
ἀμφέδεον, μάλα πολλὰ παρηγορέοντες ἐς ἀλκήν·
τῷ δ᾽ αὖτ᾽ Ἄρητός τε καὶ Ὄρνυτος, οὐδέ τι ᾔδειν
νήπιοι ὕστατα κεῖνα κακῇ δήσαντες ἐν αἴσῃ.
οἱ δ᾽ ἐπεὶ οὖν ἱμᾶσι διασταδὸν ἠρτύναντο,
αὐτίκ᾽ ἀνασχόμενοι ῥεθέων προπάροιθε βαρείας

55. Τῶνδέ τοι cum Vrat. et Br. Ol. τῶνδ᾽ ἔτι. 58. Ox. περί τ᾽. 62. Br. mavult τοὺς γ᾽ ἕλεν. 65. αὖτ᾽ cum Vrat. et Vatt. atque Brunk. et οὐδέ τι. Ol. αὖ — οὐ δέ τι. 67. οἱ δ᾽ cum Vrat. Ol. αἱ δ᾽. ἐν, quod ol. ante ἱμᾶσι additum, cum libb. Br. Vrat. Vatt. omiſi.

„Horum tibi (caeſtuum) quem volueris, ſine ſorte concedam
ipſe ſponte, ne me reprehendas poſtea.
itaque appone manui: expertus autem aliis dicas,
quantum ego in coriis boum praeſtem ſecandis
duris, et virorum genis ſanguine contaminandis.“
Sic locutus eſt: at hic nihil contra rixans dixit,
ſed leniter ſubridens, qui ei ad pedes jacebant
hos (caeſtus) ſumſit ſine haeſitatione: ad eum vero acceſſerunt *Caſtor*,
et Biantiades *Talaus* magnus: celeriter autem lora
alligarunt, valde eum cohortantes ad fortitudinem.
iſti vero (caeſtus alligarunt) *Aretus* atque *Ornytus*, neque ſciverunt
imprudentes, ſe extremum illos alligare malo fato.
ſed hi quum caeſtibus, diſtantes, eſſent inſtructi,
ſtatim ſublatis ad ora gravibus

χεῖρας, ἐπ' ἀλλήλοισι μένος φέρον ἀντιόωντες.
ἔνθα δὲ Βεβρύκων μὲν ἄναξ, ἅτε κῦμα θαλάσσης
τρηχὺ θοῇ ἐπὶ νηὶ κορύσσεται, ἡ δ' ὑπὸ τυτθὸν
ἰδρείῃ πυκινοῖο κυβερνητῆρος ἀλύσκει,
ἱεμένου φορέεσθαι ἔσω τοίχοιο κλύδωνος·
ὣς ὅγε Τυνδαρίδην φοβέων ἕπετ', οὐδέ μιν εἴα
δηθύνειν. ὁ δ' ἄρ' αἰὲν ἀνούτατος ἣν διὰ μῆτιν
ἀΐσσοντ' ἀλέεινεν· ἀπηνέα δ' αἶψα νοήσας
πυγμαχίην, ᾗ κάρτος ἀάατος, ᾗ τε χερείων,
τῇ ῥ' ἄμοτον καὶ χερσὶν ἐναντία χεῖρας ἔμιξεν.
ὡς δ' ὅτε νήια δοῦρα θοοῖς ἀντίξοα γόμφοις
ἀνέρες ὑληοεργοὶ, ἐπιβλήδην ἐλάοντες,
θείνωσι σφύρῃσιν, ἐπ' ἄλλῳ δ' ἄλλος ἄηται
δοῦπος ἄδην· ὣς τοῖσι παρήϊά τ' ἀμφοτέρωθε

69. φέρον in πνέον mutat Wakef. 71. Ol. θοὴν — νῆα. E quinqᴕe codd. correxit Br. 76. ἀΐσσοντ' e conject. Pierſon. Ol. ἀΐσσων. 77. ἀάατος etiam Vrat. pro vulg. ἀάατον. 82. ὣς cum Vrat. ἀμφοτέρωθε cum Brunck. Ol. ὡς — ἀμφοτέρωθεν.

manibus ſibi vim intentant congredientes.
ibi vero Bebrycum rex, ut fluctus maris
aſper celeri involvitur navi, haec aliquantum
peritia prudentis gubernatoris declinat,
cupiente irrumpere in parietes fluctu:
ſic iſte Tyndaridem terrens inſecutus eſt, neque eum ſivit
ceſſare: hic vero ſemper illaeſus ſua prudentia
inſilientem devitavit: ſaevum vero ſtatim animadvertens
pugilatum, qua robore ſuperior, quaque inferior eſſet (Amycus),
hac etiam ſemper cum manibus manus conſeruit.
ut vero, quando navalia ligna acutis reſiſtentia clavis
fabri lignarii, injiciendo agitantes,
tundunt malleis, ſuper alium alius excitatur
ſonitus itentidem: ſic his genae utrimque

καὶ γένυες κτύπεον· βρυχὴ δ' ὑπετέλλετ' ὀδόντων
ἄσπετος, οὐδ' ἔλληξαν ἐπισταδὸν οὐτάζοντες,
ἐς τέ περ οὐλοὸν ἆσθμα καὶ ἀμφοτέρους ἐδάμασσε.
στάντε δὲ βαιὸν ἄπωθεν ἀπωμόρξαντο μετώπῳ
ἱδρῶ ἅλις, καματηρὸν ἀϋτμένα φυσιόωντες.
ἂψ δ' αὖτις συνόρουσαν ἐναντίοι ἠΰτε ταύρω
φορβάδος ἀμφὶ βοὸς κεκοτηότε δηριάασθον.
ἔνθα δ' ἔπειτ' Ἄμυκος μὲν ἐπ' ἀκροτάτοισιν ἀερθεὶς
βουτύπος οἷα, πόδεσσι, τανύσσατο, καδδὲ βαρεῖαν
χεῖρ' ἐπί οἱ πελέμιξεν· ὁ δ' ἀΐξαντος ὑπέστη,
κρᾶτα παρακλίνας, ὤμῳ δ' ἀνεδέξατο πῆχυν
τυτθόν· ὁ δ' ἄγχ' αὐτοῖο παρ' ἐκ γόνυ γουνὸς ἀμείβων
κόψε μεταΐγδην ὑπὲρ οὔατος, ὀστέα δ' εἴσω
ῥῆξεν· ὁ δ' ἀμφ' ὀδύνῃ γνὺξ ἤριπεν· οἱ δ' ἰάχησαν
ἥρωες Μινύαι· τοῦ δ' ἀθρόος ἔκχυτο θυμός.
Οὐδ' ἄρα Βέβρυκες ἄνδρες ἀφείδησαν βασιλῆος,

87. Ol. φυσιόωντι. Quod vulg. nunc, dant Pariſſ. et unus Vat. 92. ὑπέκδυ conj. Matthiae. 94. Ol. παρέκ. Sed παρ' cum verbo jungendum. 96. Ol. ἂμ' ὀδύνῃ.

et maxillae crepitarunt: et ſtridor ortus eſt dentium
immenſus, neque ceſſarunt uſque ſe ferire,
donec aeger anhelitus utrumque etiam perdomuit.
ſtantes vero paullulum ſeorſum abſterſerunt ab ore
ſudorem largum, aegre halitum trahentes.
tum iterum congreſſi ſunt adverſantes, ut tauri
paſcentem ob vaccam furentes decertant.
tum deinde Amycus ſummis ſublatus,
boum caeſoris inſtar, pedibus ſe extendit, gravemque
manum in illum commovit: ſed hic irruentem ſuſtinuit
capite declinato, humeroque excepit cubitum
paullulum: verum prope iſtum aggreſſus
percuſſit cum impetu ſupra aurem, oſſaque intus
fregit: iſte prae dolore in genua procidit: acclamarunt vero
heroes Minyae: iſtius omnis effundebatur animus.
Neque vero Bebryces viri neglexerunt regem,

ἀλλ' ἄμυδις κορύνας ἀζηχέας ἠδὲ σιγύνους
ἰθὺς ἀνασχόμενοι Πολυδεύκεος ἀντιάασκον.
τοῦ δὲ πάρος κολεῶν εὐήκεα φάσγαν' ἑταῖροι
ἔσταν ἐρυσσάμενοι. πρῶτός γε μὲν ἀνέρα Κάστωρ
ἤλασ' ἐπεσσύμενον κεφαλῆς ὕπερ· ἡ δ' ἑκάτερθεν
ἔνθα καὶ ἔνθ' ὤμοισιν ἐπ' ἀμφοτέροισι κεάσθη.
αὐτὸς δ' Ἰτυμονῆα πελώριον, ἠδὲ Μίμαντα,
τὸν μὲν ὑπὸ στέρνοιο, θοῷ ποδὶ λὰξ ἐπορούσας,
πλῆξε, καὶ ἐν κονίῃσι βάλε· τοῦ δ' ἆσσον ἰόντος
δεξιτερῇ σκαιῆς ὑπὲρ ὀφρύος ἤλασε χειρί,
δρύψε δέ οἱ βλέφαρον, γυμνὴ δ' ὑπελείπετ' ὀπωπή.
Ὠρείδης δ' Ἀμύκοιο βίην ὑπέροπλος ὀπάων
οὗτα Βιαντιάδαο κατὰ λαπάρην Ταλαοῖο,
ἀλλά μιν οὐ κατέπεφνεν, ὅσον δ' ἐπὶ δέρματι μοῦνον,

99. Ol. σιγύννους. 102. Ol. ἀρυσσάμενοι. Codd. fere omnes ἐρυσσάμ. — γε μὲν ἀνέρα cum Pierſ. corruptum cenſet Br. Mavult nomen propr. Μεγάνορα ſeu Μελάνορα legi. 103. Ol. ἐπεσσύμενος. Mutavi cum Br. Vr. et tribus Vat. 104. Brunk. ſine codd. ἀμφοτέροις ἐκεάσθη. 107. Ol. βάλλεν. 111. Libri ſcripti, etiam Vatt. οὖτα. Mutandum eſſe accentum Br. docuit.

ſed ſimul clavas ſiccas et venabula
recta tollentes in Pollucem impetum fecerunt.
ante hunc vero e vaginis acutis enſibus ſocii
ſteterunt extractis. primus quidem virum Caſtor
feriit irruentem ſuper capite, quod utrinque
huc et illuc in humerum utrumque diffindebatur.
ipſe vero *Itymovea* immanem et *Mimantem*,
illum quidem ſub pectore, celeri pede calcitrando irruens,
percuſſit, atque in pulverem proſtravit, alterum vero propius accedentem
dextra ſuper ſiniſtro ſupercilio feriit manu,
abſcidit vero ei palpebram, nudusque relictus eſt oculus.
Orides vero Amyci robore inſignis miniſter
vulnus inflixit Biantiadae ad ilia *Talao*,
neque tamen eum interfecit, verum tantillum cutem modo

νηδυίων ἄψαυστος ὑπὸ ζώνην θόρε χαλκός.
αὔτως δ' Ἄρητος μενεδήϊον Εὐρύτου υἷα
Ἴφιτον ἀζαλέῃ κορύνῃ συνέλιξεν ἐλάσσας
οὔπω κηρὶ κακῇ πεπρωμένον· ἦ τάχ' ἔμελλεν
αὐτὸς δῃώσεσθαι ὑπὸ ξίφεϊ Κλυτίοιο.
καὶ τότ' ἄρ' Ἀγκαῖος Λυκοόργοιο θρασὺς υἱὸς
αἶψα μάλα τεταγὼν πέλεκυν μέγαν, ἠδὲ κελαινὸν
ἄρκτου προσχόμενος σκαιῇ δέρος, ἔνθορε μέσσῳ
ἐμμεμαὼς Βέβρυξιν· ὁμοῦ δέ οἱ ἐσσεύοντο
Αἰακίδαι, σὺν δέ σφιν ἀρήϊος ὤρνυτ' Ἰήσων.
ὡς δ' ὅτ' ἐνὶ σταθμοῖσιν ἀπείρονα μῆλ' ἐφόβησαν
ἤματι χειμερίῳ πολιοὶ λύκοι, ὁρμηθέντες
λάθρῃ εὐρίνων τε κυνῶν, αὐτῶν τε νομήων,
μαίονται δ' ὅ τι πρῶτον ἐπαΐξαντες ἕλωσι,
πόλλ' ἐπιπαμφαλόωντες ὁμοῦ· τὰ δὲ πάντοθεν αὔτως
στείνονται πίπτοντα περὶ σφίσιν· ὣς ἄρα τοί γε

119. Vulg. αἶψα μέλαν τετ. πέλ. μέγαν, abſurde. Br. lectio, quam retinui, ex uno cod. fluxit, nec ipſi ſana viſa. Conjicit: α. μέγαν τ. π. χερὶ — τεταγὼν defendit. Ruhnk. conjecit: α. μάλ' ἀμπεπαλὼν π. μέγαν. Heyn. cum Sanctamand. αἶψα μάλ' ἀντεταγὼν π. probabiliter. 124. Al. lectio πέλιοι λύκοι. 125. Ol. εὐῤῥίνων.

inteſtinis non tactis ſub zona ſtrinxit aes.
ſic etiam *Aretus* fortem *Euryti* filium
Iphitum rigida clava tractavit percuſſum
nondum fato malo debitum: profecto mox erat
ipſe periturus enſe *Clytii*.
atque tum *Ancaeus*, Lycurgi animoſus filius,
ſtatim ſtringens magnum enſem, atque atram
urſi praetendens ſiniſtra pellem, in medium proſiliit
concitatus in Bebrycas: ſimul vero cum eo irruebant
Aeacidae, et cum iis bellicoſus ferebatur *Iaſon*.
ut vero, cum in ſtabulis innumeras oves terrent
die hiberno cani lupi, ingreſſi
clam ſagacibus canibus et ipſis paſtoribus,
quaerunt, quam primum, impetu facto, rapiant,
multas intuiti ſimul, hae vero undique ſic
coarctantur invicem corruentes: ſic illi

λευγαλέως Βέβρυκας ὑπερφιάλους ἐφόβησαν.
ὡς δὲ μελισσάων σμῆνος μέγα μηλοβοτῆρες
ἠὲ μελισσοκόμοι πέτρῃ ἔνι καπνιόωσιν,
αἱ δή τοι τείως μὲν ἀολλέες ᾧ ἐνὶ σίμβλῳ
βομβηδὸν κλονέονται, ἐπιπρὸ δὲ λιγνυόεντι
καπνῷ τυφόμεναι πέτρης ἑκὰς ἀΐσσουσιν·
ὣς οἵ γ' οὐκέτι δὴν μένον ἔμπεδον, ἀλλ' ἐκέδασθεν
εἴσω Βεβρυκίης, Ἀμύκου μόρον ἀγγελέοντες,
νήπιοι, οὐδ' ἐνόησαν, ὃ δή σφισιν ἐγγύθεν ἄλλο
πῆμ' ἀΐδηλον ἔην. πέρθοντο γὰρ ἠμὲν ἀλωαὶ
ἠδ' οἶαι τῆμος δηΐῳ ὑπὸ δουρὶ Λύκοιο
καὶ Μαριανδυνῶν ἀνδρῶν, ἀπεόντος ἄνακτος.
αἰεὶ γὰρ μάρναντο σιδηροφόρου περὶ γαίης.
οἱ δ' ἤδη σταθμούς τε καὶ αὔλια δηϊάασκον·
ἤδη δ' ἄσπετα μῆλα περιτροπάδην ἐτάμοντο
ἥρωες, καὶ δή τις ἔπος μετὰ τοῖσιν ἔειπε·

132. Servavi vulgatum. Br. e quatuor Parr. αἱ δ' ἤτοι. 135. Ol. ἐκ ἔτι, et ἀλλὰ κέδασθεν. 136. Poſt ἀγγελ. vulgo colo interpungitur. 144. Ol. ἔειπεν.

vehementer Bebrycas inſolentes perterruerunt.
ut vero apum examen magnum opiliones
vel mellarii in rupe vexant fumo,
hae quidem aliquamdiu confertae ſuo in alveari
ſuſurrando agitantur, ſed diutius fuliginoſo
fumo infeſtatae procul a rupe avolant.
ſic illi non diu amplius manebant firmiter, verum diſſipati ſunt
in Bebryciam interiorem, Amyci fatum nunciaturi,
ſtulti; neque enim ſenſerunt, quae ipſis prope alia
calamitas improviſa immineret. vaſtabantur enim et vineae
et villae tum infeſtis armis Lyci
et Mariandynorum abſente rege.
ſemper enim dimicabant de terra ferrum proferente.
illi vero jam ſtabula et caulas ſpoliabant;
jam innumeras pecudes undique coactas mactabant
heroes, et aliquis inter eos ita locutus eſt:

„Φράζεσθ' ὅττι κεν ἧσιν ἀναλκείῃσιν ἔρεξαν,
εἴ πως Ἡρακλῆα θεὸς καὶ δεῦρο κόμισσεν.
ἤτοι μὲν γὰρ ἐγὼ, κείνου παρεόντος, ἔολπα
οὐδ' ἂν πυγμαχίῃ κρινθήμεναι· ἀλλ' ὅτε θεσμοὺς
ἤλυθεν ἐξερέων, αὐτοῖς ἄφαρ οἷς ἀγόρευε
θεσμοῖσι ῥοπάλῳ μιν ἀγηνορίης λελαθέσθαι.
ναὶ μὲν ἀκήδεστον γαίῃ ἔνι τόνγε λιπόντες
πόντον ἐπέπλωμεν· μάλα δ' ἡμέων αὐτὸς ἕκαστος
εἴσεται οὐλομένην ἄτην, ἀπάνευθεν ἐόντος."
Ὧς ἄρ' ἔφη· τὰ δὲ πάντα Διὸς βουλῇσι τέτυκτο.
καὶ τότε μὲν μένον αὖθι διὰ κνέφας, ἕλκεά τ' ἀνδρῶν
οὐταμένων ἀκέοντο, καὶ ἀθανάτοισι θυηλὰς
ῥέξαντες, μέγα δόρπον ἐφώπλισαν, οὐδέ τιν' ὕπνος

145. Retinui cum codd. ἀναλκείῃσιν, quod Ruhnk. probabili conject. in ἀτασθαλίῃσιν mutavit. Recepit hoc Brunk. qui tamen vidit, poſſe et ἀπηνείῃσιν vel ἀλαζονίῃσιν reponi. Poſſit ἔρεξεν praeferri, ut ad Amycum pertineat, de quo ſequentia agunt. 151. Brunk. dedit ἀκηδέστως, neſcio unde. Nihil enim in not. monuit, nec e Vatt. aliquid adfertur. 155. Br. ſcripſit, non monito lectore, καὶ τότε δὴ μ., haud dubie numeri cauſa. In neutro loco a codd. et ed. pr. diſceſſi.

„Cogitate quid ſua ignavia iſti effecturi fuiſſent,
ſi forte Herculem deus etiam huc deduxiſſet.
certe enim ego, illo praeſente, ſpero
ne pugilatu quidem certatum fuiſſe: ſed quando leges
venerit edicturus (Amycus), cum iis ſtatim quas edixit
legibus clava (percuſſum) eum ferociae oblitūrum fuiſſe.
profecto temere in terra illo relicto
per mare navigamus: valde autem noſtrum unusquisque
ſentiet perniciofum damnum, illo abſente."
Sic dixit: haec vero omnia Iovis conſilio evenerant.
et tum quidem ibi per noctem manſerunt, et vulnera virorum
ſauciorum curarunt, et diis ſacris
factis, lautam coenam inſtruxerunt, nec quemquam ſomnus

εἷλε παρὰ κρητῆρι καὶ αἰθομένοις ἱεροῖσι.
ξανθὰ δ' ἐρεψάμενοι δάφνῃ καθύπερθε μέτωπα
ἀγχιάλῳ, τῇ καὶ τὰ περὶ πρυμνήσι' ἀνῆπτο,
Ὀρφείῃ φόρμιγγι συνοίμιον ὕμνον ἄειδον
ἐμμελέως· περὶ δέ σφιν ἰαίνετο νήνεμος ἀκτὴ
μελπομένοις· κλεῖον δὲ Θεραπναῖον Διὸς υἷα.
Ἦμος δ' ἠέλιος δροσερὰς ἐπέλαμψε κολώνας
ἐκ περάτων ἀνιὼν, ἤγειρε δὲ μηλοβοτῆρας,
δὴ τότε λυσάμενοι νεάτης ἐκ πείσματα δάφνης
ληΐδα τ' εἰσβήσαντες, ὅσην χρεὼ ἦεν ἄγεσθαι,
πνοιῇ δινήεντ' ἀνὰ Βόσπορον ἰθύνοντο.
ἔνθα μὲν ἠλιβάτῳ ἐναλίγκιον ὄρει κῦμα
ἐμφέρεται προπάροιθεν ἐπαΐσσοντι ἐοικὸς,
αἰὲν ὑπὲρ νεφέων ἠερμένον· οὐδέ κε φαίης
φεύξασθαι κακὸν οἶτον, ἐπεὶ μάλα μεσσόθι νηὸς

158. Ol. ἱεροῖσιν. 164. Brunk. e quatuor codd. δνοφερὰς. Vtrumque bonum eſt, ſed imago in δροσερὰς ſuavior. 170. Ol. ἀμφέρεται. 172. φεύξασθαι pro vulg. φεύξεσθαι cum Vatt. et al. codd. dedi.

occupavit ad poculum et ſacra ardentia.
ſed cum flavas coronaſſent lauro ſuperne frontes
littorali, ad quam (arborem) etiam retinacula alligata erant,
Orphei citharae conſonum hymnum cecinerunt
numeroſe: circum ipſos vero laetabatur tranquillum littus
canentes: celebrarunt autem Therapnaeum Iovis filium (Pollucem).
Vbi vero ſol roſcidos colluſtravit colles
e terminis rediens, excitavitque ovium paſtores:
tum ſolutis ab extrema funibus lauro
et praeda navi impoſita, quantam neceſſe fuit aſportare,
vento (ſecundo) vorticoſum in Boſporum ferebantur.
ibi quidem celſo ſimilis monti fluctus
defertur ante ipſos ac ſi irruere voluerit,
uſque ſuper nubes elatus: nec putes (eos)
effugere poſſe triſtem mortem, quoniam admodum mediae navi

λάβρον ἐπικρέμαται, καθάπερ νέφος. ἀλλὰ τό γ' ἔμπης
ϛόρνυται, εἴ κ' ἐσθλοῖο κυβερνητῆρος ἐπαύρῃ.
τῷ καὶ Τίφυος οἵδε δαημοσύνῃσι νέοντο,
ἀσκηθεῖς μὲν, ἀτὰρ πεφοβημένοι· ἤματι δ' ἄλλῳ
ἀντιπέρην γαίῃ Βιθυνίδι πείσματ' ἀνῆψαν.
 Ἐνθάδ' ἐπάκτιον οἶκον Ἀγηνορίδης ἔχε Φινεὺς,
ὃς πέρι δὴ πάντων ὀλοώτατα πήματ' ἀνέτλη,
εἵνεκα μαντοσύνης, τήν οἱ πάρος ἐγγυάλιξε
Λητοΐδης· ȣ̓δ' ὅσσον ὀπίζετο, καὶ Διὸς αὐτȣ̃
χρείων ἀτρεκέως ἱερὸν νόον ἀνθρώποισι.
τῷ καί οἱ γῆρας μὲν ἐπὶ δηναιὸν ἴαλλεν,
ἐκ δ' ἕλετ' ὀφθαλμῶν γλυκερὸν φάος· ȣ̓δὲ γάνυσθαι
εἴα ἀπειρεσίοισιν ὀνείασιν, ὅσσα οἱ αἰεὶ
θέσφατα πευθόμενοι περιναιέται οἴκαδ' ἄγειρον.
ἀλλὰ διὲκ νεφέων ἄφνω πέλας ἀΐσσȣσαι

173. Plures codd. et ed. Flor. ἐπικρ. ὑπὲρ νέφεος. 177. In codd. Vatt. et al. Βιθυνηΐδι. Nam poteſt ſecunda hujus voc. ſyllaba etiam corripi. 178. Ol. Ἔνθα δ'. 187. διὲκ Vrat. et Br. codd. Ol. διά.

vehemens impendet (fluctus), ut nubes. at ille tamen
ſternitur, ſi modo peritum gubernatorem offenderit.
quare etiam hi Tiphyis ſolertia tranſierunt,
illaeſi quidem, at perterriti: die vero altero (poſtridie)
ex adverſo terrae Bithynicae funes religarunt.
 Ibi littoralem domum Agenorides habuit *Phineus*,
qui prae omnibus graviſſima mala ſuſtinuit,
propter vaticinandi artem, quam ei olim dederat
Apollo: neque tantillum reveritus erat, vel Iovis ipſius
ediſſerens vere ſacram mentem hominibus.
ideo etiam ipſi ſenectutem diuturnam immiſit,
eripuit vero oculorum dulce lumen: neque laetari
paſſus eſt copioſis cibis, quos ei ſemper
oracula ſciſcitantes accolae domum deportabant.
immo e nubibus ſubito irruentes

Ἅρπυιαι στόματος χειρῶν τ' ἄπο γαμφηλῇσι
συνεχέως ἥρπαζον. ἐλείπετο δ' ἄλλοτε φορβῆς
οὐδ' ὅσον, ἄλλοτε τυτθὸν, ἵνα ζώων ἀκάχοιτο.
καὶ δ' ἐπὶ μυδαλέην ὀδμὴν χέον· οὐδέ τις ἔτλη
μὴ καὶ λαυκανίηνδε φορεύμενος, ἀλλ' ἀπὸ τηλοῦ
ἑστηώς· τοῖόν οἱ ἀπέπνεε λείψανα δαιτός.
αὐτίκα δ' εἰσαΐων ἐνοπὴν καὶ δοῦπον ὁμίλου,
τούσδ' αὐτοὺς παριόντας ἐπήϊσεν, ὧν οἱ ἰόντων
θέσφατον ἐκ Διὸς ἦεν ἑῆς ἀπόνασθαι ἐδωδῆς.
ὀρθωθεὶς δ' εὐνῆθεν, ἀκήριον ἠΰτ' ὄνειρον,
βάκτρῳ σκηπτόμενος, ῥικνοῖς ποσὶν ἦε θύραζε,
τοίχους ἀμφαφόων· τρέμε δ' ἅψεα νισσομένοιο
ἀδρανίῃ γήραΐ τε· πίνῳ τέ οἱ αὐσταλέος χρὼς

192. ſ. Br., negans ſenſum ineſſe vulgatae lect., codd. invitis dedit: μὴ ὅτι λ. φ. — μηδ' ἑστεὼς, *non ſolum non reliquias illas ori admovens, ſed ne quidem procul ſtans.* At μὴ καὶ eſt pro καὶ μὴ *vel non*, ſi vel non ori admoveat, ſed procul ſtet. λαυκανίηνδε pro vulg. λευκανίηνδε dedi, monente Br. in App., ut IV, 18. 195. Br. codd. adverſantibus παρεόντας, quod ſenſum poſtulare credit. Recte poſt ἰόντων comma ſuſtulit. 199. Al. ἅψεα.

Harpyiae ex ore et manibus unguibus
continuo raptabant: relinquebatur vero interdum cibi
ne tantillum quidem, interdum paullulum, ut vivens cruciaretur.
etenim tetrum odorem affuderunt: nec quis ſuſtinuit,
vel non ad guttur admovens, adeo procul
ſtare: tantum ei foetebant reliquiae ciborum.
ſtatim vero audiens vocem et ſtrepitum coetus,
hos ipſos advenire ſenſit (Phineus), quibus ipſi venientibus
oraculum ex Iove erat, ſe fruiturum ſuo eſſe cibo.
excitatus igitur e cubili, inanime velut ſomnium,
ſcipioni innixus marcidis pedibus progreſſus eſt foras
parietes contrectans: tremebant vero artus incedentis
prae languore et ſenio: ſordibusque ei ſquallida cutis

ἐσκλήκει, ῥινοὶ δὲ σὺν ὀστέα μοῦνον ἔεργον.
ἐκ δ' ἐλθὼν μεγάροιο καθέζετο, γοῦνα βαρυνθεὶς
οὐδοῦ ἐπ' αὐλείοιο· κάρος δέ μιν ἀμφεκάλυψε
πορφύρεος, γαῖαν δὲ πέριξ ἐδόκησε φέρεσθαι
νειόθεν, ἀβληχρῷ δ' ἐπὶ κώματι κέκλιτ' ἄναυδος.
οἱ δέ μιν ὡς εἴδοντο, περισταδὸν ἠγερέθοντο,
καὶ τάφον. αὐτὰρ ὁ τοῖσι μάλα μόλις ἐξ ὑπάτοιο
στήθεος ἀμπνεύσας μετεφώνεε μαντοσύνῃσι·
„Κλῦτε, Πανελλήνων προφερέστατοι, εἰ ἐτεὸν δὴ
οἵδ' ὑμεῖς, οὓς δὴ κρυερῇ βασιλῆος ἐφετμῇ
Ἀργῴης ἐπὶ νηὸς ἄγει μετὰ κῶας Ἰήσων.
ὑμεῖς ἀτρεκέως. — ἔτι μοι νόος οἶδεν ἕκαστα
ᾗσι θεοπροπίῃσι. — χάριν νύ τοι, ὦ ἄνα, Λητοῦς
υἱέ, καὶ ἀργαλέοισιν ἀνάπτομαι ἐν καμάτοισιν. —
Ἱκεσίου πρὸς Ζηνός, ὅτις ῥίγιστος ἀλιτροῖς

203. Ol. ἀμφεκάλυψεν. 211. in Vatt. deeſt.

exaruerat, pelliſque oſſa ſolum continebat.
egreſſus autem domo conſedit, genua gravatus,
in limine atrii: vertigo vero ipſum circumdedit
atra, et terram opinatus eſt circumagi
ab imo, in languidum vero ſoporem delapſus eſt elinguis.
illi autem (Argonautae) ut viderunt, circumſteterunt eum,
atque obſtupuerunt. at ille hos admodum aegre ex imo
pectore ſuſpirans allocutus eſt vaticinando:
Audite, Graecorum praeſtantiſſimi, ſi vere nempe
illi vos eſtis, quos quidem ſaevo regis juſſo
Argoa navi ducit ad vellus auferendum Iaſon.
vos vere eſtis. — adhuc mihi mens novit omnia
ſua divinatione — gratias tibi, rex, Latonae
fili, vel duris refero in aerumnis. —
per Iovem ſupplicum vindicem, qui ſeveriſſimus in ſceleſtos

ἀνδράσι, Φοίβου τ᾽ ἄμφι, καὶ αὐτῆς εἵνεκεν Ἥρης
λίσσομαι, ᾗ περίαλλα θεῶν μέμβλεσθε κιόντες,
χραίσμετέ μοι, ῥύσασθε δυσάμμορον ἀνέρα λύμης·
μηδέ μ᾽ ἀκηδείῃσιν ἀφορμήθητε λιπόντες
αὔτως. οὐ γὰρ μοῦνον ἐπ᾽ ὀφθαλμοῖσιν Ἐρινὺς
λὰξ ἐπέβη, καὶ γῆρας ἀμήρυτον ἐς τέλος ἕλκω,
πρὸς δ᾽ ἔτι πικρότατον κρέμαται κακὸν ἄλλο κακοῖσιν.
Ἅρπυιαι στόματός μοι ἀφαρπάζουσιν ἐδωδὴν,
ἔκ ποθεν ἀφράστοιο καταΐσσουσαι ὀλέθρου.
ἴσχω δ᾽ οὔ τινα μῆτιν ἐπίῤῥοθον· ἀλλά κε ῥᾷον,
αὐτὸς ἐμὸν λελάθοιμι νόον, δόρποιο μεμηλὼς,
ἢ κείνας· ὧδ᾽ αἶψα διηέριαι ποτέονται.
τυτθὸν δ᾽ ἢν ἄρα δήποτ᾽ ἐδητύος ἄμμι λίπωσι,
πνεῖ τόδε μυδαλέον τε καὶ οὐ τλητὸν μένος ὀδμῆς·

217. Duplex loci lectio, forſan e duplici edit. orta. Plerique codd. ἧς πέρι, ἀλλὰ θ. (unde περίαλλα fecerunt recentt. edd.). Nonnulli: ἠδὲ θεῶν, οἷσι μ. quod Br. recepit. Prior (ἧς tantum in ᾗ mutato) convenientior videbatur. Et ſuum et Argonautarum numen tutelare nominare vates debebat, non alia. 219. Brunk. μηδ᾽ ἔμ᾽. 221. Valk. conj. ἄθλιος ἕλκω. 225. Ol. ἐπίῤῥοθον et ῥᾶα. Correxit Br. 226. Ol. ἑὸν, contra codd.

eſt homines, et ob Phoebum atque ipſam Iunonem
precor, cui prae diis omnibus curae eſtis in hac expeditione,
opem mihi ferte! eripite miſerum hominem calamitati
nec me neglectum abite relinquentes
ſic temere: neque enim tantum oculos Erinnys
invaſit, atque ſenectutem nunquam finiendam traho,
adhaeret etiam acerbiſſimum malum aliud malis.
Harpyiae ex ore mihi eripiunt cibum
ex ignota alicunde irruentes pernicie.
neque quoddam habeo conſilium, quod juvet: immo facilius
ipſe meum fallerem animum, cibum capturus,
quam illas; ita celeriter per aërem volant.
ſi vero paullulum aliquando cibi nobis reliquerint,
exhalat illud putrem neque tolerandam vim odoris:

οὐ κέ τις οὐδὲ μίνυνθα βροτῶν ἄνσχοιτο πελάσσας,
οὐδ' εἴ οἱ ἀδάμαντος ἐληλαμένον κέαρ εἴη.
ἀλλά με πικρὴ δῆτα κατίσχει δαιτὸς ἀνάγκη
μίμνειν, καὶ μίμνοντα κακῇ ἐν γαστέρι θέσθαι.
τὰς μὲν θέσφατόν ἐστιν ἐρητύσαι Βορέαο
υἱέας. οὐδ' ὀθνεῖοι ἀλαλκήσουσιν ἐόντες,
εἰ δὴ ἐγὼν ὁ πρίν ποτ' ἐπικλυτὸς ἀνδράσι Φινεὺς
ὄλβῳ μαντοσύνῃ τε, πατὴρ δέ μ' ἐγείνατ' Ἀγήνωρ,
τῶν δὲ κασιγνήτη, ὅτ' ἐνὶ Θρῄκεσσιν ἄνασσον,
Κλειοπάτρη ἔδνοισιν ἐμὸν δόμον ἦκεν ἄκοιτις."
Ἴσκεν Ἀγηνορίδης· ἀδινὸν δ' ἕλε κῆδος ἕκαστον
ἡρώων, πέρι δ' αὖτε δύω υἷας Βορέαο.
δάκρυ δ' ὀμορξαμένω σχεδὸν ἤλυθον, ὧδέ τ' ἔειπε
Ζήτης, ἀσχαλόωντος ἑλὼν χερὶ χεῖρα γέροντος·

232. Ol. πικρὴ δῆτά κε δαιτὸς ἐπίσχει ἀ. In plerisque codd. π. δ. καὶ ἴσχει δ. ἀ. 236. Pierſ. conjec. εἰμὶ δ' ἐγὼν — 237. Ex uno cod. Brunk. δ' ἔμ' ἐγ. 238. ſ. Ol. κασιγνήτην — Κλειοπάτρην — ἦγον ἄκοιτιν. Mutavit Br. partim codd. praeeuntibus.

nec quis vel paullulum mortalium ſuſtineret accedere,
ne ſi ei quidem ex ferro cuſum cor ſuerit.
at me dura ſane cogit cibi neceſſitas
manere, et manentem importuno ventri ingerere (illos cibos).
has quidem oraculum jubet depellere Boreae
filios: neque tanquam alienigenae opem ferent,
ſiquidem ego ille olim celebratus inter homines *Phineus*
opibus et divinatione, paterque me genuit *Agenor*,
horum vero ſoror, quando in Thracibus regnabam,
Cleopatra cum dote in meam domum venit conjux."
Dixit Agenorides: vehemens autem occupavit dolor quemvis
heroum, inprimisque duo filios Boreae.
lacrymis vero abſterſis propius acceſſerunt, ſicque locutus eſt
Zetes, moerentis prehendens manu manum ſenis.

„Ἆ δείλ᾽, οὔ τινα φημὶ σέθεν σμυγερώτερον ἄλλον
ἔμμεναι ἀνθρώπων. τί νύ τοι τόσα κήδε᾽ ἀνῆπται;
ἦ ῥα θεοὺς ὀλοῇσι παρήλιτες ἀφραδίῃσι,
μαντοσύνας δεδαώς· τῷ τοι μέγα μηνιόωσιν.
ἄμμι γε μὴν νόος ἔνδον ἀτύζεται ἱεμένοισι
χραισμεῖν, εἰ δὴ πρόχνυ γέρας τόδε πάρθετο δαίμων
νῶϊν· (ἀρίζηλοι γὰρ ἐπιχθονίοισιν ἐνιπαὶ
ἀθανάτων)· οὐδ᾽ ἂν πρὶν ἐρητύσαιμεν ἰούσας
Ἁρπυίας, μάλα περ λελιημένοι, ἕς τ᾽ ἂν ὀμόσσῃς,
μὴ μὲν τοῖό γ᾽ ἕκητι θεοῖς ἀπὸ θυμοῦ ἔσεσθαι.“
Ὣς φάτο· τοῦ δ᾽ ἰθὺς κενεὰς ὁ γεραιὸς ἀνέσχε
γλήνας ἀμπετάσας, καὶ ἀμείψατο τοῖσδ᾽ ἐπέεσσι·
„Σῖγα, μή μοι ταῦτα νόῳ ἐνιβάλλεο, τέκνον.
ἴστω Λητοῦς υἱός, ὅ με πρόφρων ἐδίδαξε
μαντοσύνας, ἴστω δὲ δυσώνυμος, ἥ μ᾽ ἔλαχεν κήρ,

244. σμυγ. e conject. Ruhnk. pro vulg. συγερώτερον. 246. Al. lect. ἀτροπίῃσι. 256. Ol. ἔνι βάλλεο.

„Ah miſer! non quemquam ajo te infeliciorem alium
eſſe virorum. cur tandem tibi tanta mala immiſſa ſunt?
profecto deos perniciosa offendiſti imprudentia,
vaticiniorum peritus: quare tibi graviter ſuccenſent.
nobis quidem certe animus intus horret cupientibus
opitulari. ſi jam omnino hoc negotium impoſuit deus
nobis: (inſignes enim terricolis irae ſunt
immortalium): neque prius depellemus advenientes
Harpyias, quamquam valde cupientes, quam tu juraveris,
non propterea diis nos inviſos fore.“
Sic dixit: in eum vero recta inanes ſenex ſuſtulit
oculos apertos, atque reſpondit his verbis:
„Tace, non mihi haec animo injice, fili.
teſtor Latonae filium, qui me benevolus edocuit
vaticinia, teſtor infandam, quae me tenet ſors,

καὶ τόδ' ἐπ' ὀφθαλμῶν ἀλαὸν νέφος, οἵ θ' ὑπένερθε
δαίμονες, οἳ μηδ' ὧδε θανόντι περ εὐμενέοιεν,
ὡς οὔ τις θεόθεν χόλος ἔσσεται εἵνεκ' ἀρωγῆς."
Τὼ μὲν ἔπειθ' ὅρκοισιν ἀλαλκέμεναι μενέαινον.
αἶψα δὲ κουρότεροι πεπονήατο δαῖτα γέροντι,
λοίσθιον Ἁρπυίῃσιν ἑλώριον· ἐγγύθι δ' ἄμφω
στῆσαν, ἵνα ξιφέεσσιν ἐπεσσυμένας ἐλάσειαν.
καὶ δὴ τὰ πρώτισθ' ὁ γέρων ἔψαυεν ἐδωδῆς·
αἱ δ' ἄφαρ, ἠΰτ' ἄελλαι ἀδευκέες, ἢ στεροπαὶ ὥς,
ἀπρόφατοι νεφέων ἐξάλμεναι ἐσσεύοντο
κλαγγῇ, μαιμώωσαι ἐδητύος· οἱ δ' ἐσιδόντες
ἥρωες μεσσηγὺς ἀνίαχον· αἱ δ' ἅμ' ἀϋτῇ
πάντα καταβρώξασαι ὑπὲρ πόντοιο φέροντο
τῆλε παρέξ· ὀδμὴ δὲ δυσάσχετος αὖθι λέλειπτο.

259. ſ. Ol. ὑπένερθεν — οἱ μηδ' οὐδέ — 261. ἕπεται. Quod editur, praeter Br. codd., tres Vatt. 266. Vulg. τὰ πρώτισθ'. Codd. 3. Vatt. et Vr. δῆτα πρώτ.

atque hanc oculorum caecam nubem (caecitatem), atque inferos
deos, qui ne hic mortuo quidem propitii ſint,
nullam divinitus iram exſtituram eſſe propter auxilium (mihi latum)."
Illi tum jurejurando accepto opem ferre geſtiebant.
ſtatim autem juvenes apparaverunt coenam ſeni,
ultimam Harpyiis praedam: prope vero ambo (Boreadae)
ſtabant, ut enſibus advolantes fugarent.
quam primum igitur ſenex attigerat cibum,
illae ſtatim, velut procellae inopinatae, aut fulminum inſtar,
improviſae e nubibus delatae irruerunt
cum clangore, inhiantes cibo: conſpicati eas
heroes in medio exclamarunt: illae cum clamore
omnibus devoratis ſuper mare ferebantur
procul illinc; foetor autem non tolerandus ibi relinquebatur.

τάων δ' αὖ κατόπισθε δύω υἷες Βορέαο
φάσγαν' ἐπισχόμενοι ὀπίσω θέον. ἐν γὰρ ἔηκε
Ζεὺς μένος ἀκάματόν σφιν· ἀτὰρ Διὸς οὔ κεν ἐπέσθην
νόσφιν, ἐπεὶ Ζεφύροιο παραΐσσεσκον ἀέλλας
αἰέν, ὅτ' ἐς Φινῆα, καὶ ἐκ Φινῆος ἴοιεν.
ὡς δ' ὅτ' ἐνὶ κνημοῖσι κύνες δεδαημένοι ἄγρης
ἢ αἶγας κεραοὺς, ἠὲ πρόκας ἰχνεύοντες,
θείωσι, τυτθὸν δὲ τιταινόμενοι μετόπισθεν
ἄκρης ἐν γενύεσσι μάτην ἀράβησαν ὀδόντας·
ὡς Ζήτης Κάλαΐς τε μάλα σχεδὸν ἀΐσσοντες,
τάων ἀκροτάτῃσιν ἐπέχραον ἤλιθα χερσί.
καί νύ κε δή σφ' ἀέκητι θεῶν διεδηλήσαντο,
πολλὸν ἑκὰς νήσοισιν ἐπὶ Πλωτῇσι κιχόντες,
εἰ μὴ ἄρ' ὠκέα Ἶρις ἴδεν, κατὰ δ' αἰθέρος ἆλτο
οὐρανόθεν, καὶ τοῖα παραιφαμένη κατέρυκεν·
Οὐ θέμις, ὦ υἷες Βορέω, ξιφέεσσιν ἐλάσσαι

274. Ol. ἧκεν. 275. Ol. οὐκ ἂν ἐπ. Plures codd. οὐκ ἐνεπέσθην. 280. Ol. θείωσιν. Emendavit Brunk. e plur. codd. 288. Βορέω cum 3. Vatt. Vrat. et codd. Br. Ol. Βορέου.

iſtas vero a tergo duo filii Boreae,
enſes intentantes ſecuti ſunt: immiſerat enim
Iupiter vim indefeſſam illis: neque enim ſine Iove inſecuti
fuiſſent, ſi quidem Zephyri praevertebant (Harpyiae) flatus
ſemper, quando ad Phineum vel a Phineo volitabant.
ut vero in ſaltibus canes periti venationis
vel capreas corrigeras, vel cervos inveſtigantes
currunt, paullulum vero remoti a tergo
extremis rictibus fruſtra collidunt dentes:
ſic Zetes et Calais admodum prope imminentes,
iſtas extremis prenſabant fruſtra manibus.
atqui eas, invitis diis, peremiſſent
admodum procul in Plotis inſulis aſſecuti,
niſi velox Iris vidiſſet, et ex aethere delapſa eſſet
coelitus, atque ſic allocuta cohibuiſſet:
„haud fas eſt, filii Boreae, enſibus caedere

Ἁρπυίας, μεγάλοιο Διὸς κύνας· ὅρκια δ᾽ αὐτὴ
δώσω ἐγὼν, ὡς οὔ οἱ ἔτι χρίμψεσιν ἰοῦσαι.“
Ὣς φαμένη λοιβὴν Στυγὸς ὤμοσεν, ἥ τε θεοῖσι
ῥιγίστη πάντεσσιν, ὀπιδνοτάτη τε τέτυκται,
μὴ μὲν Ἀγηνορίδαο δόμοις ἔτι τάσδε πελάσσαι
εἰσαῦτις Φινῆος, ἐπεὶ καὶ μόρσιμον ἦεν.
οἱ δ᾽ ὅρκῳ εἴξαντες ὑπέστρεφον ἂψ ἐπὶ νῆα
σώεσθαι. Στροφάδας δὲ μετακλείουσ᾽ ἄνθρωποι
νήσους τοῖό γ᾽ ἕκητι, πάρος Πλωτὰς καλέοντες.
Ἅρπυιαί τ᾽ Ἶρίς τε διέτμαγον. αἱ μὲν ἔδυσαν
κευθμῶνα Κρήτης Μινωΐδος· ἡ δ᾽ ἀνόρουσεν
Οὔλυμπόνδε, θοῇσι μεταχθονίη πτερύγεσσι.
Τόφρα δ᾽ ἀριστῆες πινόεν περὶ δέρμα γέροντος
πάντῃ φοιβήσαντες ἐπικριδὸν ἱρεύσαντο

291. Ol. θεοῖσιν. 294. Codd. aliquot: ἐπεὶ κεν μόρσιμον ἔῃ. 296. σώεσθαι pro vulg. σεύεσθαι ex Etym. M., jubente Ruhnk., ſcripſi. 298. Ol. ἔδυσσαν. Tres Vatt. Vrat. et plures Br. codd. ἔδυσαν. 300. Ol. μεταχρονίη, perpetua varietate, et πτερύγεσσιν. 302. Ol. πάντη.

Harpyias, magni Iovis canes; jusjurandum ipſa
praeſtabo ego, iſtas non amplius acceſſuras ad eum (Phineum) eſſe.“
Sic locuta, per aquam Stygis juravit, quae diis
horrenda omnibus atque reverenda eſt,
non ad Agenoridae domos amplius illas appropinquaturas
in poſterum Phinei, quoniam ita etiam in fatis erat.
illi jurijurando cedentes reverſi ſunt ad navem
abituri. Strophadas (a revertendo) vero vocant homines
inſulas illas propterea, antea Plotas appellatas.
Harpyiae autem et Iris diſceſſerunt: illae ſubierunt
ſpecum Cretae Minoïdis; haec evolavit
in Olympum celeribus ſublata alis.
Interea heroes ſordidam cutem ſenis
undique luſtrarunt, et rite mactarunt

μῆλα, τά τ᾽ ἐξ Ἀμύκοιο λεηλασίης ἐκόμισσαν.
αὐτὰρ ἐπεὶ μέγα δόρπον ἐνὶ μεγάροισιν ἔθεντο
δαίνυνθ᾽ ἑζόμενοι· σὺν δέ σφισι δαίνυτο Φινεὺς
ἁρπαλέως, οἷόν τ᾽ ἐν ὀνείρασι θυμὸν ἰαίνων.
ἔνθ᾽ ἀδ᾽, ἐπεὶ δόρποιο κορέσσαντ᾽ ἠδὲ ποτῆτος,
παννύχιοι Βορέω μένον υἷεας ἐγρήσσοντες.
αὐτὸς δ᾽ ἐν μέσσοισι παρ᾽ ἐσχάρῃ ἧστο γεραιὸς,
πείρατα ναυτιλίης ἐνέπων, ἄνυσίν τε κελεύθου·
„Κλῦτέ νυν· οὐ μὲν πάντα πέλει θέμις ὔμμι δαῆναι
ἀτρεκές· ὅσσα δ᾽ ὄρωρε θεοῖς φίλον οὐκ ἐπικεύσω.
ἀασάμην καὶ πρόσθε, Διὸς νόον ἀφραδίῃσι
χρείων ἑξείης τε καὶ ἐς τέλος. ὧδε γὰρ αὐτὸς
βούλεται ἀνθρώποις ἐπιδευέα θέσφατα φαίνειν
μαντοσύνης, ἵνα καί τι θεῶν χατέωσι νόοιο."
„Πέτρας μὲν πάμπρωτον, ἀφορμηθέντες ἐμεῖο,

312. Ante Br. contra metrum, ἀτρεκέως.

pecudes, quas ex Amyci praeda abduxerant.
at poſtquam lautam coenam in aedibus inſtruxerant,
epulati ſunt ſedentes: cum ipſis vero veſcebatur Phineus
avide, velut in ſomniis animum oblectans.
exin, ubi cibo ſatiati erant et potu,
per totam noctem Boreae exſpectabant filios vigilantes.
ipſe vero in mediis ad focum conſedit ſenex
fines navigationis praedicens et confectionem itineris:
„Audite igitur: non quidem omnia fas eſt vos cognoſcere
clare: ſed quantum diis placet non celabo.
afflictus ſum etiam antea, Iovis conſilia imprudenter
eloquens deinceps et ad unum omnia: ſic enim ipſe
vult hominibus manca reſponſa edere
vaticinationis, ut etiam aliquantum deorum indigeant conſilio."
„Petras quidem primum omnium, a me profecti,

Κυανέας ὄψεσθε δύω ἁλὸς ἐν ξυνοχῇσι.
τάων οὔ τινά φημι διαμπερὲς ἐξαλέασθαι·
οὐ γάρ τε ῥίζῃσιν ἐνήρεινται νεάτῃσιν,
ἀλλὰ θαμὰ ξυνίασιν ἐναντίαι ἀλλήλῃσιν
εἰς ἕν, ὕπερθε δὲ πολλὸν ἁλὸς κορθύνεται ὕδωρ
βρασσόμενον· στρηνὲς δὲ περὶ στυφελὴ βρέμει ἀκτή.
τῶ νῦν ἡμετέρῃσι παραιφασίῃσι πίθεσθε,
εἰ ἐτεὸν πυκινῷ τε νόῳ, μακάρων τ' ἀλέγοντες
πείρετε· μηδ' αὔτως αὐτάγρετον οἶτον ὄλησθε
ἀφραδέως, ἢ θύνετ' ἐπισπόμενοι νεότητι.
οἰωνῷ δὴ πρόσθε πελειάδι πειρήσασθε
νηὸς ἄπο προμεθέντες ἐφιέμεν. ἢν δὲ δι' αὐτῶν
πετράων Πόντονδε σόη πτερύγεσσι δίηται,
μηκέτι δὴν μηδ' αὐτοὶ ἐρητύεσθε κελεύθου,
ἀλλ' εὖ καρτύναντες ἑαῖς ἐνὶ χερσὶν ἐρετμὰ,

320. Ol. ἐρήρεινται. Correxit e codd. ſuis Br. 322. κορθύνεται cum Br. ob metrum ſcripſi pro κορθύεται. 324. Non contemnendi ſunt Infinitivi, quos cod. Med. hic et 328. 335. praebet: πίθεσθαι, πειρήσασθαι, πονέεσθαι. Ed. Flor. 338. στέλλεσθαι. 327. Ol. ἴθυνετ'. Varietas antiqua. 329. ἄπο προμ. cum Brunk. et tribus Vatt. Ol. ἀποπρὸ μεθ.

Cyaneas conſpicietis duas in maris anguſtiis (Symplegadas).
per has neminem ajo omnino ſalvum evaſiſſe.
neque enim radicibus nituntur ultimis,
ſed frequenter coeunt adverſae ſibi
in unum, ſuperne autem multa extollitur aqua
aeſtuans: horribiliter vero circa ſonorum fremit littus.
quare jam noſtris monitis obſequimini,
ſi vere prudenti mente, et deos curantes
navigatis; nec temere ſponte petita morte interite
imprudenter, aut cum impetu ruite obſecuti juventae.
volucri igitur primum columba periculum facite
e navi illa emiſſa: quae ſi per ipſas
petras in Pontum ſalva volaverit,
non amplius nec ipſi deſiſtite a navigatione,
immo valide tenentes veſtris manibus remos,

τέμνεθ' ἁλὸς ςεινωπόν· ἐπεὶ φάος οὔ νύ τι τόσσον
ἔσσετ' ἐν εὐχωλῇσιν, ὅσόν τ' ἐνὶ κάρτεϊ χειρῶν.
τῷ καὶ τἄλλα μεθέντες, ὀνήϊςον πονέεσθε
θαρσαλέως· πρὶν δ' οὔ τι θεοὺς λίσσεσθαι ἐρύκω.
εἰ δέ κεν ἀντικρὺ πταμένη μεσσηγὺς ὄληται,
ἄψοῤῥοι ςέλλεσθε· ἐπεὶ πολὺ βέλτερον εἶξαι
ἀθανάτοις. οὐ γάρ κε κακὸν μόρον ἐξαλέοισθε
πετράων, οὐδ' εἴ κε σιδηρείη πέλοι Ἀργώ.
ὦ μέλεοι, μὴ τλῆτε παρὲξ ἐμὰ θέσφατα βῆναι,
εἰ καί με τρὶς τόσσον ὀΐεσθ' Οὐρανίδῃσιν,
ὅσσον ἀνάρσιός εἰμι, καὶ εἰ πλεῖον, ςυγέεσθαι,
μὴ τλῆτ' οἰωνοῖο πάρεξ ἔτι νηὶ περῆσαι.
καὶ τὰ μὲν ὥς κε πέλῃ, τῶς ἔσσεται. ἢν δὲ φύγητε
σύνδρομα πετράων ἀσκηθέες ἔνθοδι Πόντου,
αὐτίκα Βιθυνῶν ἐπὶ δεξιὰ γαῖαν ἔχοντες

335. Ol. male καὶ τ' ἄλλα. 339. ἐξαλέοισθε cum Br. ex uno cod. Plures ἐξαλέασθε. Vulg. ἐξαλέασθαι. 340. Codd. et vett. edd. πέλει. 342. εἰ καὶ cum Vrat. et Br. Ol. εἴ κεν —

ſecate (iter per) maris anguſtias: quoniam ſalus non tanta
inerit in precibus, quanta in robore manuum.
quare etiam aliis rebus miſſis, quod utiliſſimum eſt conficite
audacter: antea autem deos invocare non veto.
ſi vero contra volans in medio perierit (columba),
retro navigate: quoniam multo melius eſt cedere
immortalibus: neque enim triſte fatum effugeritis
ſaxorum, ne ſi ferrea quidem fuerit Argo.
o miſeri, non audete contra mea oracula procedere,
ſi vel me ter tantum putetis coelitibus,
quantum exoſus ſum, atque etiam plus, inviſum fore,
ne audeatis absque columba navi trajicere.
atque haec quidem utcunque evenient. ſi vero effugeritis
concurſum ſaxorum incolumes in Pontum,
ſtatim Bithynorum terram ad dextram habentes

πλώετε, ῥηγμῖνας πεφυλαγμένοι, εἰσόκεν αὖτε
Ῥήβαν ὠκυρόην ποταμὸν, ἄκρην τε Μέλαιναν
γνάμψαντες, νήσου Θυνηΐδος ὅρμον ἵκησθε.
κεῖθεν δ' οὐ μάλα πουλὺ διὲξ ἁλὸς ἀντιπέραιαν
γῆν Μαριανδυνῶν ἐπικέλσετε νοστήσαντες.
ἔνθα μὲν εἰς Ἀΐδαο καταιβάτις ἐστὶ κέλευθος,
ἄκρη τε προβλὴς Ἀχερουσιὰς ὑψόθι τείνει,
δινήεις τ' Ἀχέρων αὐτὴν διὰ νειόθι τέμνων
ἄκρην, ἐκ μεγάλης προχοὰς ἵησι φάραγγος.
ἀγχίμολον δ' ἐπὶ τῇ πολέας παρανεῖσθε κολωνοὺς
Παφλαγόνων, τοῖσιν Ἐνετήιος ἐμβασίλευε
πρῶτα Πέλοψ, τοῦ καί περ ἀφ' αἵματος εὐχετόωνται.
ἔστι δέ τις ἄκρη Ἑλίκης κατεναντίον ἄρκτου,

349. et 354. cum Br., codd. invitis, mutavi vulg. ἀκτὴν — ἀκτή. 350. Tres Vatt. et Vrat. Βιθυνίδος. 351. Ol. δι' ἐξ. 356. Ol. ἄκρης ἐκ μ. Br. conſentiente uno cod. correxit. 358. Ol. τοῖσιν τ', ſed τ' ed. Flor. non agnoſcit. Plurimi Codd. τοῖσιν Μενεδήιος. Tum vulg. ἐμβασίλευσε. 360. Br., numeri cauſa, repoſuit Ἑλίκης ἄκρη. Caeſura commodior in vulgata eſſe videtur. κατεναντίον cum Vrat. et Br. Ol. κατ' ἐν.

navigate, littoribus evitatis, uſque dum porro
Rhebantem fluvium celerem, et promontorium Nigrum
circumvecti, ad inſulae Thyneae ſtationem perveneritis.
inde non ita multum per mare, oppoſitam
Mariandynorum terram appelletis, profecti.
ibi ad Orcum deferens eſt via,
et promontorium prominens Acheruſium in altum porrigitur,
et vorticoſus Acheron illud in imo ſecans
promontorium, ex magna fluenta emittit voragine.
proxime poſt illud multos praeternavigabitis colles
Paphlagonum, quibus Heneteius imperavit
primum Pelops, e cujus quidem ſanguine ſe (exortos eſſe) gloriantur.
eſt autem quoddam promontorium Helicae oppoſitum urſae (ſeptentrioni)

πάντοθεν ἠλίβατος, καί μιν καλέουσι Κάραμβιν,
τῆς καὶ ὕπερ Βορέαο περισχίζονται ἄελλαι·
ὧδε μάλ' ἀμπέλαγος τετραμμένη αἰθέρι κύρει.
τήνδε περιγνάμψαντι πολὺς παρακέκλιται ἤδη
αἰγιαλός· πολέος δ' ἐπὶ πείρασιν αἰγιαλοῖο
ἀκτῇ ἐπὶ προβλῆτι ῥοαὶ Ἅλυος ποταμοῖο
δεινὸν ἐρεύγονται· μετὰ τόνδ' ἀγχίροος Ἶρις
μειότερος λευκῇσιν ἑλίσσεται εἰς ἅλα δίναις.
κεῖθεν δὲ προτέρωσε μέγας καὶ ὑπείροχος ἀγκὼν
ἐξανέχει γαίης· ἐπὶ δὲ στόμα Θερμώδοντος
κόλπῳ ἐν εὐδιόωντι Θεμισκύρειον ἐπ' ἄκρην
μύρεται, εὐρείης διαειμένος ἠπείροιο.
ἐνθάδε Δοίαντος πεδίον, σχεδόθεν δὲ πόληες
τρισσαὶ Ἀμαζονίδων· μετὰ δὲ σμυγερώτατοι ἀνδρῶν
τρηχείην Χάλυβες καὶ ἀτειρέα γαῖαν ἔχουσιν
ἐργατίναι· τοὶ δ' ἀμφὶ σιδήρεια ἔργα μέλονται.

362. Ol. τῆς κεν—καὶ etiam Vr. et tres Vatt. 364. Ol. περιγνάψαντι. et 367. ἀγχίῤῥοος. 365. Αἰγιαλὸς nonnullis proprium habetur nomen. 371. ἐν, quod ol. deerat, cum Vr. Vatt. Br. addidi, et ἐπ' ἄ. cum Vrat. et Br. pro ὑπ'. 373. Ol. ἔνθα δὲ—

undique excelſum, quod appellant *Carambin;*
ſuper eo etiam Boreae ſcinduntur flatus:
adeo longe in mare converſum aetherem attingit.
hoc circumvecto longum adjacet jam
littus, ſed in longi finibus littoris
in ora prominente fluenta *Halyis* fluvii
horrendum eructantur: poſt illum proximus *Iris*
minor albis provolvitur in mare vorticibus.
inde vero ulterius magnus et eminens cubitus (ſinus)
protenditur terrae: juxta vero oſtium *Thermodontis*
in tranquillo ſinu ad Themiſcyrium promontorium
effluit, per latam devectum (devecti) terram.
ibi *Doeantis* campus, prope vero urbes
tres *Amazonum.* tum poſt eas miſerrimi hominum
aſperam *Chalybes* et difficilem terram tenent
operarii, qui ferrea opera tractant (ferrum fabricantur).

ἄγχι δὲ ναιετάουσι πολύῤῥηνες Τιβαρηνοὶ
Ζηνὸς Εὐξείνοιο Γενηταίην ὑπὲρ ἄκρην.
τοῖς δ᾽ ἔπι Μοσσύνοικοι ὁμούριοι ὑλήεσσαν
ἑξείης ἤπειρον, ὑπωρειάν τε νέμονται,
δουρατέοις πύργοισιν ἐν οἰκία τεκτήναντες,
τοὺς παραμειβόμενοι λισσῇ ἐπικέλσετε νήσῳ
μήτι παντοίῃ μέγ᾽ ἀναιδέας ἐξελάσαντες
οἰωνοὺς, οἳ δῆθεν ἀπειρέσιοι ἐφέπουσι
νῆσον ἐρημαίην. τῇ μέν τ᾽ ἔνι νηὸν Ἄρηος
λαΐνεον ποίησαν Ἀμαζονίδων βασίλειαι
Ὀτρηρή τε καὶ Ἀντιόπη, ὁπότ᾽ ἐστρατόωντο.
ἔνθα γὰρ ὔμμιν ὄνειαρ ἀδευκέος ἐξ ἁλὸς εἶσιν
ἄῤῥητον· τῷ καί τε φίλα φρονέων ἀγορεύω

377. Ol. πολύῤῥηνες. 379. ſ. Ante Br, τῇ δ᾽ ἔπι et ὑπωρείας. Codd. aliquot praeeuntibus mutatum. 381. Poſt τεκτήναντες interpunctione ſublata adduntur in omnibus libris hi duo verſus:

> κάλινα, καὶ πύργους εὐπηγέας, οὓς καλέουσι
> μόσσυνας, καὶ δ᾽ αὐτοὶ ἐπώνυμοι ἔνθεν ἔασιν.

h. e. domos *ligneas et turres bene compactos, quas appellant* moſſynas, *atque ipſi nomen inde traxerunt*. Hos recte vidit Br. infra poſt 1016. locum habere, hic ineptiſſime legi. Conſenſit Ruhnk. olim tentans emendationem aliam. 387. Ol. ὁπότε στρατ. E codd. mutatum. 389. Ol. τῷ κέν τε —

prope autem habitant pecudibus abundantes *Tibareni*
Iovis hoſpitalis Genetaeum ultra promontorium.
poſt hos *Moſſynoeci* confines ſylvoſam
deinceps regionem et montium radices incolunt,
ligneis in arcibus habitatione ſibi aedificata.
hos praetervecti ad aſperam appelletis inſulam,
poſtquam quavis arte importunas exegeritis
aves, quae ſcilicet innumerae frequentant
inſulam deſertam. in ea quidem templum Martis
lapideum exſtruxerunt Amazonum reginae
Otrere atque *Antiope*, cum expeditionem ſuſcepiſſent.
ibi vobis emolumentum ex amaro mari prodibit
ineffabile: quare etiam bene cupiens jubeo vos

ἰσχέμεν. ἀλλὰ τίη με πάλιν χρειὼ ἀλιτέσθαι,
μαντοσύνῃ τὰ ἕκαςα διηνεκὲς ἐξενέποντα;
νήσȣ δὲ προτέρωσε καὶ ἠπείροιο περαίης
Φέρβονται Φίλυρες· Φιλύρων δ' ἐφύπερθεν ἔασι
Μάκρωνες, μετὰ δ' αὖ περιώσια φῦλα Βεχείρων,
ἑξείης δὲ Σάπειρες ἐπὶ σφίσι ναιετάȣσι·
Βύζηρες δ' ἐπὶ τοῖσιν ὁμώλακες, ὧν ὕπερ ἤδη
αὐτοὶ Κόλχοι ἔχονται ἀρήϊοι, ἀλλ' ἐνὶ νηῒ
πείρεθ', ἕως μυχάτῃ κεν ἐνιχρίμψητε θαλάσσῃ.
ἔνθα δ' ἐπ' ἠπείροιο Κυταιΐδος, ἠδ' Ἀμαραντῶν
τηλόθεν ἐξ ὀρέων, πεδίοιό τε Κιρκαίοιο
Φᾶσις δινήεις εὐρὺν ῥόον εἰς ἅλα βάλλει.
κείνȣ νῆ' ἐλάοντες ἐπὶ προχοὰς ποταμοῖο
πύργȣς εἰσόψεσθε Κυταιέος Αἰήταο,
ἄλσος τε σκιόεν Ἄρεος, τόθι κῶας ἐπ' ἄκρης
πεπτάμενον φηγοῖο δράκων, τέρας αἰνὸν ἰδέσθαι,

391. Ol. διηνεκέως ἐνέποντα. Sed plures codd. etiam Vrat. et Vatt. ἐξενέποντα. 399. Ol. Κυταΐδος. 404. Brunk. conj. Ἄρεως, ὅθι —

eo appellere. at quid me iterum oportet peccare
vaticinio ſingula continuo enarrantem? —
ultra inſulam vero et continentem oppoſitam
habitant *Philyres*, et ſupra *Philyras* ſunt
Macrones, poſt hos autem numeroſae gentes *Bechirum*.
deinceps vero *Sapires* his vicini habitant.
et poſt hos *Byzeres* finitimi, ultra quos jam
ipſi *Colchi* proximi ſunt bellicoſi. at navi
vehimini, uſque dum in intimum deveneritis mare.
ibi in continente *Cytaica* (Colchica) atque *Amarantis*
procul ex montibus, campoque *Circaeo*
Phaſis vorticoſus latum flumen in mare mittit.
illius navem impellentes ad oſtia fluvii
turres (arces) conſpicietis Cytaeei *Aeetae*,
lucumque opacum Martis: ibi vellus in ſumma
expanſum fago (quercu) draco, monſtrum horribile viſu,

ἀμφὶς ὀπιπτεύει δεδοκημένος· οὐδέ οἱ ἦμαρ,
οὐ κνέφας, ἥδυμος ὕπνος ἀναιδέε δάμναται ὄσσε."
Ὣς ἄρ' ἔφη· τοὺς δ' εἶθαρ ἕλεν δέος εἰσαΐοντας.
δὴν δ' ἔσαν ἀμφασίῃ βεβολημένοι· ὀψὲ δ' ἔειπεν
ἥρως Αἴσονος υἱὸς ἀμηχανέων κακότητι·
„Ὦ γέρον, ἤδη μέν τε διίκεο πείρατ' ἀέθλων
ναυτιλίης, καὶ τέκμαρ, ὅτῳ στυγερὰς διὰ πέτρας
πειθόμενοι Πόντονδε περήσομεν· εἰ δὲ καὶ αὖτις
τάσδ' ἡμῖν προφυγοῦσιν ἐς Ἑλλάδα νόστος ὀπίσσω
ἔσσεται, ἀσπαστῶς κε παρὰ σέο καὶ τὸ δαείην,
πῶς ἔρδω, πῶς αὖτε τόσην ἁλὸς εἶμι κέλευθον,
νῆϊς ἐὼν ἑτάροις ἅμα νήϊσιν; Αἶα δὲ Κολχὶς
πόντου καὶ γαίης ἐπικέκλιται ἐσχατιῇσιν."
Ὣς φάτο· τὸν δ' ὁ γεραιὸς ἀμειβόμενος προσέειπεν·

407. ἀναιδέε cum Br. et uno Vat. pro ἀναιδέα. 411. διίκεο Br. e tribus codd. Ol. διήκεο. 413. Ol. εἰ δέ κεν α.

undique luſtrat obſervans: neque ei interdiu,
neque noctu, dulcis ſomnus truces domat oculos."
Sic igitur dixit: illos vero ſtatim occupavit metus audientes,
diu vero erant ſtupore perculſi, et ſero locutus eſt
heros Aeſonis filius, inopia conſilii laborans ob illa pericula:
„Senex, jam quidem perſecutus es fines laborum
navigationis, atque ſignum, quo per inviſa ſaxa
freti in Pontum trajiciemus: an vero rurſus
illis (ſaxis) evitatis nobis in Graeciam reditus poſtea
futurus ſit, lubenter a te etiam hoc cognoverim,
quomodo agam, quomodo iterum tantam maris conficiam viam,
imperitus una cum ſociis ignaris? *Aea* enim Colchica
in maris atque terrae extremis ſita eſt finibus."
Sic dixit: ei vero ſenex ita reſpondit:

„Ὦ τέκος, εὖτ' ἂν πρῶτα φύγῃς ὀλοὰς διὰ πέτρας,
θάρσει· ἐπεὶ δαίμων ἕτερον πλόον ἡγεμονεύσει
ἐξ Αἴης· μετὰ δ' Αἶαν ἅλις πομπῆες ἔσονται.
ἀλλὰ, φίλοι, φράζεσθε θεᾶς δολόεσσαν ἀρωγὴν
Κύπριδος. ἐν γὰρ τῇ κλυτὰ πείρατα κεῖται ἀέθλων.
καὶ δέ με μηκέτι τῶνδε περαιτέρω ἐξερέεσθε."
Ὣς φάτ' Ἀγηνορίδης· ἐπὶ δὲ σχεδὸν υἷε δοιὼ
Θρηΐκιε Βορέαο κατ' αἰθέρος ἀΐξαντες
οὐδῷ ἐπὶ κραιπνοὺς ἔβαλον πόδας· οἱ δ' ἀνόρουσαν
ἐξ ἑδέων ἥρωες, ὅπως παρεόντας ἴδοντο.
Ζήτης δ' ἱεμένοισιν, ἔτ' ἄσπετον ἐκ καμάτοιο
ὄρνυντ᾽, ἰθύνειν λελιημένοι. ἀλλ᾽ ἄρα τούςγε
ἔσχεθον· Ἀγκαίῳ δὲ πολεῖς ἤνησαν ἑταίρων.

884. Ol. ἀποῤῥίψαντες. 886. Ol. πῆ δ᾽ οἵδε — τὸ πάροιθε cum Vr. Vulg. junctim. 895. Perperam ol. ἐτράπετ᾽ ὁ. 897. ὤρνυντ᾽ Vr. et duo Br. codd.

immo ſurgite ad opus, abjectis curis.“
Ei vero rurſus Aeſonis filius conſilii inops reſpondit:
„Aeacida, ubi illi gubernatores ſunt?
quos enim antea peritos gloriabamur eſſe,
ii vultu moeſto me plus etiam dolent.
quare etiam una cum mortuis (ſimile mortuis) triſte praevideo exitium,
ſi neque ad ſaevi urbem Aeetae
licebit, nec rurſus in Graecam terram venire
petris evitatis, nos autem hic opprimet
turpiter mala mors, fruſtra ſeneſcentes.“
Sic dixit: *Ancaeus* autem promtiſſime promiſit
ſe navem celerem ducturum eſſe: nam numinis impellebatur motu.
poſt eum *Erginus*, et *Nauplius Euphemus*que
ſurrexerunt, gubernare cupientes. at hos quidem
prohibuerunt: Ancaeo vero plures ſuffragati ſunt ſociorum.

Ἠῷοι δ' ἤπειτα δυωδεκάτῳ ἐπέβαινον
ἤματι· δὴ γάρ σφι Ζέφυρος, μέγας οὖρος, ἄητο.
καρπαλίμως δ' Ἀχέροντα διεξεπέρησαν ἐρετμοῖς,
ἐκ δ' ἔχεαν πίσυνοι ἀνέμῳ λίνα, πουλὺ δ' ἐπιπρὸ
λαιφέων πεπταμένων τέμνον πλόον εὐδιόωντες.
ὦκα δὲ Καλλιχόροιο παρὰ προχοὰς ποταμοῖο
ἤλυθον, ἔνθ' ἐνέπουσι Διὸς Νυσήϊον υἷα,
Ἰνδῶν ἡνίκα φῦλα λιπὼν κατενάσσατο Θήβας,
ὀργιάσαι, στῆσαί τε χοροὺς ἄντροιο πάροιθεν,
ᾧ ἐν ἀμειδήτους ἁγίας ηὐλίζετο νύκτας,
ἐξ οὗ Καλλίχορον ποταμὸν περιναιετάοντες
ἠδὲ καὶ Αὔλιον ἄντρον ἐπωνυμίην καλέουσιν.
Ἔνθεν δὲ Σθενέλου τάφον ἔδρακον Ἀκτορίδαο,
ὅς ῥά τ' Ἀμαζονίδων πολυθαρσέος ἐκ πολέμοιο
ἂψ ἀνιὼν — δὴ γὰρ συνανήλυθεν Ἡρακλῆϊ —

900. Ol. γάρ σφιν. 903. Brunk. omnium codd. lectionem mutavit in λαιφέσι πεπταμένοις ob IV, 299. 1229. 1623. Oppian. Hal. I, 222. Eſt illorum locorum alia ratio, et recte hic Genitt. conſequ. leguntur. 908. ηὐλίζετο pro vulg. εὐνάζετο dedi ex Etym. M. ſuadente Ruhnk. p. 210. 910. Ol. Αὔλιον. Recte etiam Vrat.

Mane vero deinde duodecimo conſcenderunt (navem)
die: illis enim Zephyrus, magnus ventus, adſpirabat.
ſtatim autem Acherontem permearunt remis,
expanderuntque fiducia pleni vento vela, multum autem ulterius
paſſis velis navigarunt ſerena tempeſtate uſi.
celeriter vero ad *Callichori* oſtia fluvii
venerunt, ubi dicunt Iovis Nyſeium filium (Bacchum),
quando Indorum gentibus relictis incoluit Thebas,
orgia celebraſſe, et inſtituiſſe choros ante antrum,
in quo ſeveras ſanctas transegit noctes,
ex quo Callichorum fluvium accolae,
atque Aulium antrum cognomine appellant.
Inde vero *Stheneli* ſepulcrum viderunt Actoris filii,
qui quidem ex Amazonum acerrimo bello
reverſus — etenim cum Hercule una ierat —

βλήμενος ἰῷ. κεῖθεν ἐπ᾽ ἀγχιάλου θάνεν ἀκτῆς.
οὐ μέν θην προτέρω ετ᾽ ἐμέτρεον. ἧκε γὰρ αὐτὴ
Φερσεφόνη ψυχὴν πολυδάκρυον Ἀκτορίδαο
λισσομένην τυτθόν περ ὁμήθεας ἄνδρας ἰδέσθαι.
τύμβου δὲ στεφάνης ἐπιβὰς σκοπιάζετο νῆα,
τοῖος ἐών, οἷος πολεμόνδ᾽ ἴεν· ἀμφὶ δὲ καλὴ
τετράφαλος φοίνικι λόφῳ ἐπελάμπετο πήληξ.
καί ῥ᾽ ὁ μὲν αὖτις ἔδυνε μέλαν ζόφον· οἱ δ᾽ ἐσιδόντες
θάμβησαν· τοὺς δ᾽ ὦρσε θεοπροπέων ἐπικέλσαι
Ἀμπυκίδης Μόψος, λοιβῇσί τε μειλίξασθαι.
οἱ δ᾽ ἀνὰ μὲν κραιπνῶς λαῖφος σπάσαν, ἐκ δὲ βαλόντες
πείσματ᾽ ἐν αἰγιαλῷ Σθενέλου τάφον ἀμφεπένοντο,
χύτλα τέ οἱ χεύοντο, καὶ ἥγνισαν ἔντομα μήλων.
ἄνδιχα δ᾽ αὖ χύτλων νηοσσόῳ Ἀπόλλωνι

915. Ol. πρ. ἀνεμέτρεον. Vt Br. etiam Vr. et Vatt. 921. Ol. μέγαν. Etiam 3. Vatt. Vrat. μέλαν. 926. Br. ſine codd. χεύαντο, ut tempora congruerent. Nec hoc, nec Rutgerſii ἤγισαν, neceſſarium.

ſagitta ictus, ibi in maritimo mortuus eſt littore.
neque multum ulterius navigarunt. miſit enim ipſa
Proſerpina animam flebilem Actoridae
precatam, ut paullulum modo aequales videret viros.
tumulo vero ſummo inſiſtens conſpicatus eſt navem
talis, qualis in praelium ierat: undique pulcra
quatuor criſtis purpureo cono fulgebat galea.
et ille quidem rurſus ſubiit atram caliginem (orcum): hi vero conſpicati
ſtupuerunt: eos autem juſſit vaticinans appellere
Ampycides *Mopſus*, et libationibus placare (animam).
illi celeriter velum contraxerunt, emiſſisque
retinaculis in littore circa Stheneli tumulum occupabantur,
libaminaque ei fuderunt, et cremarunt inferias pecudum.
ſeparatim vero a libatione (hac), navium tutori Apollini

βωμὸν δειμάμενοι μῆρ' ἔφλεγον· ἂν δὲ καὶ Ὀρφεὺς
θῆκε λύρην· ἐκ τοῦ δὲ Λύρη πέλει οὔνομα χώρῳ.
Αὐτίκα δ' οἵγ', ἀνέμοιο καταισπέρχοντος, ἔβησαν
νῆ' ἔπι· καδδ' ἄρα λαῖφος ἐρυσσάμενοι τανύοντο
ἐς πόδας ἀμφοτέρους· ἡ δ' ἐς πέλαγος πεφόρητο
ἐντενὲς, ἠΰτε τίς τε δι' ἠέρος ὑψόθι κίρκος
ταρσὸν ἐφεὶς πνοιῇ, φέρεται ταχὺς, οὐδὲ τινάσσει
ῥιπὴν, εὐκήλησιν ἐνευδιόων πτερύγεσσι.
καὶ δὴ Παρθενίοιο ῥοὰς ἁλιμυρήεντος,
πρηΰτάτου ποταμοῦ, παρεμέτρεον, ᾧ ἔνι κούρη
Λητωΐς, ἄγρηθεν ὅτ' οὐρανὸν εἰσαναβαίνει,
ὃν δέμας ἱμερτοῖσιν ἀναψύχει ὑδάτεσσι.
νυκτί τ' ἔπειτ' ἄλληκτον ἐπὶ προτέρωσε θέοντες,
Σήσαμον, αἰπεινούς τε παρεξενέοντ' Ἐρυθίνους,
Κρωβίαλον, Κρῶμναν τε, καὶ ὑλήεντα Κύτωρον.

928. Ol. μῆλ' ἔφ. In uno Vat. μῆρ', quod Br. e conj. repoſuerat. Mox Vrat. ἀν. 935. Ol. εὐκήλοισιν — πτερύγεσσιν. Codd. variant. Poſterius rectius dat Vrat., ut editur. 938. Codd. variant ἐσαναβαίνει, — νῃ, — νοι exhibentes. 939. Ol. ὑδάτεσσιν. Dividit et Vrat. Nonn. codd. ἄληκτον. 940. Ol. ἐπιπροτέρωσε.

ara exſtructa femora combuſſerunt: Orpheus vero etiam
dedicavit lyram, unde *Lyrae* nomen eſt loco.
Statim autem illi, vento urgente, conſcenderunt
navem: velumque detractum expanderunt
in utrumque pedem: illa (navis) in mare ferebatur
celerrime, ut aliquis per aërem deſuper accipiter
alis permiſſis vento fertur velox, neque concutit
volatum (concutit ſe inter volandum), quietis incumbens alis.
atqui *Parthenii* fluenta in mare exeuntis,
leniſſimi fluvii praetervecti ſunt, in quo filia
Latonae (Diana), e venatione quando in coelum revertitur,
ſuum corpus ſuavibus refrigerat aquis.
noctuque deinde indeſinenter ulterius navigantes,
Seſamum, celſosque praeterierunt *Erythinos*,
Crobialum, *Cromnam*que, et ſylvoſum *Cytorum*.

ἔνθεν δ' αὖτε Κάραμβιν ἅμ' ἠελίοιο βολῆσι
γνάμψαντες, παρὰ πουλὺν ἔπειτ' ἤλαυνον ἐρετμοῖς
αἰγιαλὸν, πρόπαν ἦμαρ, ὁμῶς τ' ἐπὶ ἤματι νύκτα.
Αὐτίκα δ' Ἀσσυρίης ἐπέβαν χθονὸς, ἔνθα Σινώπην,
θυγατέρ' Ἀσωποῖο, καθίσσατο, καί οἱ ὄπασσε
παρθενίην Ζεὺς αὐτὸς, ὑποσχεσίῃσι δολωθείς.
δὴ γὰρ ὁ μὲν φιλότητος ἐέλδετο· νεῦσε δ' ὅγ' αὐτῇ
δωσέμεναι, ὅ κεν ᾗσι μετὰ φρεσὶν ἰθύσειεν.
ἡ δὲ ἑ παρθενίην ᾐτήσατο κερδοσύνῃσιν.
ὣς δὲ καὶ Ἀπόλλωνα παρήπαφεν, εὐνηθῆναι
ἱέμενον· ποταμόν τ' ἐπὶ τοῖς Ἅλυν· οὐδὲ μὲν ἀνδρῶν
τήν γε τις ἱμερτῇσιν ἐν ἀγκοίνῃσι δάμασσεν.
ἔνθα δὲ Τρικκαίοιο ἀγαυοῦ Δηϊμάχοιο
υἷες, Δηϊλέων τε, καὶ Αὐτόλυκος, Φλόγιός τε,

943. Cum Br. et Vrat. ἔνθεν δ' α. Ol. ἐνθάδε α. Vatt. ἐνθάδ' α. 945. Ol. ὁμῶς καὶ ἐπ' ἤμ. Correxit Br. 3. Vatt. ὁμῶς ἐπὶ ἤ. Vrat. ὁμῶς ἐπ' ἤ. 953. Ἅλυν cum Vrat., etiam 963. Vulg. Ἄλυν. 956. Ol. Φλογίος τε. Vt Br. accentum poſuit, ita et Vrat.

inde porro *Carambin*, ſole exoriente,
circumvecti, juxta longum deinde agitarunt (navem) remis
littus, per totum diem, ſimulque exacto die noctem.
Continuo in Aſſyriam terram (Paphlagoniam) eſcenderunt, quo *Sinopen*,
filiam Aſopi, collocaverat, eique conceſſerat
virginitatem Iupiter ipſe, promiſſis circumventus.
etenim ille amore ejus frui cupiit, annuitque ipſi
ſe daturum, quodcunque ſuo animo appeteret.
haec cum virginitatem rogavit aſtute.
ſimiliter vero etiam Apollinem decepit, concumbere
volentem, fluviumque poſt illos *Halyn*: neque virorum
eam quis optatis amplexibus ſubegit.
ibi Triccaei (Theſſali) praeclari *Deimachi*
filii, *Deileon*, et *Autolycus*, et *Phlogius*,

τῆμος, ὅθ' Ἡρακλῆος ἀπέπλαγχθεν, παρέναιον·
οἵ ῥα τόθ', ὡς ἐνόησαν ἀριστήων στόλον ἀνδρῶν,
σφᾶς αὐτοὺς νημερτὲς ἐπέφραδον ἀντιάσαντες·
οὐδ' ἔτι μιμνάζειν θέλον ἔμπεδον, ἀλλ' ἐνὶ νηΐ,
Ἀργέσταο παρᾶσσον ἐπιπνείοντος, ἔβησαν.
τοῖσι δ' ὁμοῦ μετέπειτα θοῇ πεφορημένοι αὔρῃ
λεῖπον Ἅλυν ποταμόν, λεῖπον δ' ἀγχίροον Ἶριν,
ἠδὲ καὶ Ἀσσυρίης πρόχυσιν χθονός· ἤματι δ' αὐτῷ
γνάμψαν Ἀμαζονίδων ἕκαθεν λιμενήοχον ἄκρην.
Ἔνθα ποτὲ προμολοῦσαν Ἀρητιάδα Μελανίππην
ἥρως Ἡρακλέης ἐλοχήσατο, καί οἱ ἄποινα
Ἱππολύτη ζωστῆρα παναίολον ἐγγυάλιξεν
ἀμφὶ κασιγνήτης· ὁ δ' ἀπήμονα πέμψεν ὀπίσσω.
τῆς οἵ γ' ἐν κόλπῳ, προχοαῖς ἔπι Θερμώδοντος,

957. ἀπέπλαγχθεν, παρέναιον. Ita e veſtigiis codd. reſcripſi. Ol. ἀποπλαγχθέντες ἔναιον. Br. dederat: ἀπεπλάγχθησαν, ἔναιον. παρέναιον aliquot codd. 961. Ol. παρ' ἄσσον. 963. Ol. ἀγχίῤῥοον.

tum, quum ab Hercule aberraſſent, habitarunt.
qui quidem ut cognoverunt principum navigationem virorum,
ſe ipſos certo indicarunt obviam facti:
neque amplius manere voluerunt conſtanter, ſed navem,
Zephyro vehementius ſpirante, ingreſſi ſunt.
cum his una poſtea cito vecti vento
reliquerunt *Halyn* fluvium, reliquerunt prope fluentem *Irin*,
atque Aſſyriae aggeſtos campos terrae (Cappadociam): die vero eodem
circumvecti ſunt Amazonum procul portu inſtructum promontorium.
ubi olim prodeuntem Aretiadem (Mavortiam) *Menalippen*
heros Hercules inſidiatus ceperat, atque ei pretium
Hippolyte balteum artificioſum dederat
pro ſorore: ille ſalvam miſerat retro.
hujus (promontorii) in ſinu illi, ad oſtia *Thermodontis*,

κέλσαν, ἐπεὶ καὶ πόντος ὀρίνετο νισσομένοισι.
τῷ δ' οὔτις ποταμῶν ἐναλίγκιος, οὐδὲ ῥέεθρα
τόσσ' ἐπὶ γαῖαν ἵησι παρὲξ ἔθεν ἄνδιχα βάλλων.
τετράκις εἰς ἑκατὸν δεύοιτό κεν, εἴ τις ἕκαστα
πεμπάζοι· μία δ' οἴη ἐτήτυμος ἔπλετο πηγή·
ἡ μέν τ' ἐξ ὀρέων κατανίσσεται ἠπειρόνδε
ὑψηλῶν, ἅ τέ φασιν Ἀμαζόνια κλείεσθαι.
ἔνθεν δ' αἰπυτέρην ἐπικίδναται ἔνδοθι γαῖαν
ἀντικρύ· τῷ καί οἱ ἐπίστροφοί εἰσι κέλευθοι·
αἰεὶ δ' ἄλλυδις ἄλλη, ὅπῃ κύρσειε μάλιστα
ἠπείρου χθαμαλῆς, εἱλίσσεται· ἡ μὲν ἄπωθεν,
ἡ δὲ πέλας· πολέες δὲ πόροι νώνυμνοι ἔασιν,
ὅππῃ ὑπεξαφύονται· ὁ δ' ἀμφαδὸν ἄμμιγα παύροις
Πόντον ἐς Ἄξεινον κυρτὴν ὑπερεύγεται ἄκρην.

971. Ol. νισσομένοισιν. 973. In uno Vat. ἄλαδε β. 976. κατανίσσεται cum 5. codd. Br. et Vr. pro vulg. κατανέσσεται. 980. Neſcio unde Br. ἄλλη. 982. In nonn. libb. νώνυμοι, perpetua in hoc voc. varietate. 984. ὑπερεύγεται cum Vr. 3. Vatt. et Br. pro vulg. ἀπερεύγεται. Ruhnk. conjicit: κυρτὴν ἀπερεύγεται ἄχνην, *tumidam eructat ſpumam.* ἐπερεύγεται ἄχνην Wakef.

appulerunt, quoniam et mare concitabatur navigantibus.
illi (Thermodonti) nullus fluviorum ſimilis eſt, neque fluenta
tot in terram fundit, ex ſe ſeparatim emittens.
quatuor ad centum deficerent, ſi quis ſingula
numerare vellet: unus vero ſolus verus erat fons:
qui quidem ex montibus demanat in terram
altis, quos dicunt *Amazonios* vocari.
inde in magis editam dividitur terram
ex adverſo; unde etiam ei flexuoſi ſunt meatus:
ſemper vero alio alius, ubi inciderit maxime
in terram humilem, devolvitur: alius e longinquo,
alius prope: multi autem meatus ignoti ſunt,
quorſum effundantur: ipſe autem (fluvius) aperte una cum paucis (meatibus)
in Pontum inhoſpitalem ſub flexuoſum eructatur promontorium.

καὶ νύ κε δηθύνοντες Ἀμαζονίδεσσιν ἔμιξαν
ὑσμίνην, καὶ δ᾽ οὐ κεν ἀναιμωτί γ᾽ ἐρίδηναν, —
(οὐ γὰρ Ἀμαζονίδες μάλ᾽ ἐπητέες, οὐδὲ θέμιστας
τίουσαι πεδίον Δοιάντιον ἀμφενέμοντο·
ἀλλ᾽ ὕβρις στονόεσσα καὶ Ἄρεος ἔργα μεμήλει.
δὴ γὰρ καὶ γενεὴν ἔσαν Ἄρεος Ἁρμονίης τε
Νύμφης, ἥτ᾽ Ἄρηϊ φιλοπτολέμους τέκε κούρας,
ἄλσεος Ἀλκμονίοιο κατὰ πτύχας εὐνηθεῖσα —)
εἰ μὴ ἐκ Διόθεν πνοιαὶ πάλιν Ἀργέσταο
ἤλυθον· οἱ δ᾽ ἀνέμῳ περιηγέα κάλλιπον ἀκτὴν,
ἔνθα Θεμισκύρειαι Ἀμαζόνες ὡπλίζοντο.
οὐ γὰρ ὁμηγερέες μίαν ἀμπόλιν, ἀλλ᾽ ἀνὰ γαῖαν
κεκριμέναι κατὰ φῦλα διὰ τρίχα ναιετάασκον·
νόσφι μὲν αἵδ᾽ αὐταὶ, τῇσι τότε κοιρανέεσκεν

989. Ol. μέμηλε. Vr. μέμηλεν. Correxit Brunk. 992. Ἀλκμονίοιο e codd. Brunk. pro Ἀκμονίοιο, quod ol. legebatur. 993. Ol. εἰ μὴ ἄρ᾽ ἐκ Δ. In 3. Vatt. et Vrat. ἄρ᾽ ἐκ deeſt. 994. Ol. ἄκρην. Sine codd. emendavit Br. 995. Θεμισκύρειαι cum Brunk. et Vr. pro vulg. Θεμισκύριαι. 997. Ol. διατριχα. Diviſi cum Br. Tum ναιετάασκον cum 2. Vatt., Vrat. et Br. pro vulg. ναιετάεσκον. 998. Ol. τῇσιν. E codd. correxit Br.

atqui morantes (Argonautae) cum Amazonibus conſeruiſſent
pugnam, neque ſine ſanguine concertaſſent, —
(non enim Amazones ſunt valde lenes, neque jura
colentes in campo Doeantio habitant;
immo injuria luctuoſa et Martis opera iis placent:
etenim genere erant *Martis* et *Harmoniae*
Nymphae, quae Marti belli ſtudioſas peperit filias,
cum ſaltus Alcmonii in receſſibus rem cum eo habuiſſet) —
niſi a Iove flatus iterum Zephyri
veniſſent: illi vento juvante curvum reliquerunt littus,
ubi Themiſcyriae Amazones armabantur.
neque enim ſimul in una urbe, ſed per regionem
diſcretae in tribus diviſim habitabant:
ſeorſum quidem illae ipſae, quibus tum imperabat

Ἱππολύτη. νόσφι δὲ Λυκάστιαι ἀμφενέμοντο,
νόσφι δ' ἀκοντοβόλοι Χαδήσιαι. ἤματι δ' ἄλλῳ
νυκτί τ' ἐπιπλομένῃ Χαλύβων παρὰ γαῖαν ἵκοντο.
Τοῖσι μὲν οὔτε βοῶν ἄροτος μέλει, οὔτε τις ἄλλη
φυταλίη καρποῖο μελίφρονος· οὐδὲ μὲν οἵ γε
ποίμνας ἑρσήεντι νομῷ ἔνι ποιμαίνουσιν·
ἀλλὰ σιδηροφόρον στυφελὴν χθόνα γατομέοντες,
ὦνον ἀμείβονται βιοτήσιον, οὐδέ ποτέ σφιν
ἠὼς ἀντέλλει καμάτων ἄτερ, ἀλλὰ κελαινῇ
λιγνύϊ καὶ καπνῷ κάματον βαρὺν ὀτλεύουσι.
Τοὺς δὲ μετ' αὐτίκ' ἔπειτα Γενηταίου Διὸς ἄκρην
γνάμψαντες, σώοντο παρὲξ Τιβαρηνίδα γαῖαν.
ἔνθ' ἐπεὶ ἄρ κε τέκωνται ὑπ' ἀνδράσι τέκνα γυναῖκες,
αὐτοὶ μὲν στενάχουσιν ἐνὶ λεχέεσσι πεσόντες,
κράατα δησάμενοι· ταὶ δ' εὖ κομέουσιν ἐδωδῇ

999. νόσφι δ. cum 3. Vatt. et Vrat. Ol. νόσφιν δέ. 1000. Χαδήσιαι cum Br. codd. et Vrat. (e Vatt. nihil notatum) atque ita etiam ed. Flor. Poſtea vulgatum: Χαλήσιαι. 1003. φυταλίη cum codd. pro φυταλιὴ dedi. 1009. Ol. τοὺς δὲ — 1013. Ol. εὐκομέουσιν. Diviſi cum Brunk. 3. Vatt. Vrat.

Hippolyte, ſeorſum autem *Lycaſtiae* habitabant,
ſeorſum item haſtas iaculantes *Chadeſiae*. die vero altero
nocteque inſequente *Chalybum* ad terram venerunt.
His nec boum aratio curae eſt, nec alia quaedam
plantatio fructus dulcis: neque illi
greges in roſcido paſcuo paſcunt:
ſed ferri feracem aſperam terram effodientes
pretium permutant cibarium (alimenta permutando cum ferro comparant ſibi), neque ipſis
aurora exoritur ſine laboribus, ſed atra
fuligine atque fumo laborem durum exantlant.
Poſt illos ſtatim deinde Gentilitii Iovis promontorium
circumvecti, ferebantur juxta *Tibarenorum* terram.
ibi quando pepererint maritis liberos uxores,
ipſi quidem (mariti) gemunt in lectos delapſi,
capita ligati: hae autem bene reficiunt cibo

ἀνέρας, ἠδὲ λοετρὰ λεχώϊα τοῖσι πένονται.
Ἱερὸν αὖτ' ἐπὶ τοῖσιν ὄρος, καὶ γαῖαν ἄμειβον,
ᾗ ἔνι Μοσσύνοικοι ἀν' οὔρεα ναιετάουσι
δουρατέους πύργους εὐπηγέας, οὓς καλέουσι
Μόσσυνας· καὶ δ' αὐτοὶ ἐπώνυμοι ἔνθεν ἔασιν.
ἀλλοίη δὲ δίκη καὶ θέσμια τοῖσι τέτυκται.
ὅσσα μὲν ἀμφαδίῃ ῥέζειν θέμις, ἢ ἐνὶ δήμῳ,
ἢ ἀγορῇ, τάδε πάντα δόμοις ἔνι μηχανόωνται·
ὅσσα δ' ἐνὶ μεγάροις πεπονήμεθα, κεῖνα θύραζε
ἀψεγέως μέσσῃσιν ἐνὶ ῥέζουσιν ἀγυιαῖς.
οὐδ' εὐνῆς αἰδὼς ἐπιδήμιος, ἀλλά, σύες ὣς
φορβάδες, οὐδ' ἠβαιὸν ἀτυζόμενοι παρεόντας,
μίσγονται χαμάδις ξυνῇ φιλότητι γυναικῶν.
αὐτὰρ ἐν ὑψίστῳ βασιλεὺς μόσσυνι θαάσσων
ἰθείας πολέεσσι δίκας λαοῖσι δικάζει,

1015. Ol. Ἱερὸν δ' αὖτ'. Br. delevit δ' praeeunte uno cod. 1017. Hic verſus, vulgo hic non lectus, e ſuperioribus 381. recte huc a Br. eſt tractus. In Vrat. verſus ſeq. omiſſus, ſed infra in marg. additus. 1020. Ol. ἀμφαδίην. 3. Vatt. et Vrat. ἀμφαδίῃ.

maritos, atque lavacra puerperio deſtinata iis miniſtrant.
Sacrum porro poſt illos montem et terram praeterierunt,
in qua *Moſſynoeci* per montes habitant
in ligneis turribus bene compactis, quas appellant
Moſſynas: atque ipſi cognomen inde habent.
aliud vero jus legesque illis ſunt.
quae quidem palam facere licet, aut in populo
aut foro, haec omnia in domibus faciunt:
quae vero in aedibus perficimus, ea foris
ſine reprehenſione in mediis patrant vicis.
nec concubitus pudor eſt publicus, immo, ut porci
gregales, ne tantillum quidem veriti praeſentes
miſcentur humi communi amplexu mulierum.
at in altiſſima rex turre ſedens
recta frequentibus jura populis dat,

σχέτλιος· ἢν γάρ πȣ τι θεμιςεύων ἀλίτηται,
λιμῷ μιν κεῖν' ἦμαρ ἐνικλείσαντες ἔχȣσι.
Τȣ̀ς παρανισσόμενοι, καὶ δὴ σχεδὸν ἀντιπέρηθεν
νήσȣ Ἀρητιάδος, τέμνον πλόον εἰρεσίῃσιν
ἠμάτιοι· λιαρὴ γὰρ ὑπὸ κνέφας ἔλλιπεν αὔρη.
ἤδη καί τιν' ὕπερθεν Ἀρήϊον ἀΐσσοντα
ἐνναέτην νήσοιο δι' ἠέρος ὄρνιν ἴδοντο,
ὅς ῥα τιναξάμενος πτέρυγας κατὰ νῆα θέȣσαν,
ἧκ' ἐπί οἱ πτερὸν ὀξύ· τὸ δ' ἐν λαιῷ πέσεν ὤμῳ
δίȣ Ὀϊλῆος· μεθέηκε δὲ χερσὶν ἐρετμὸν
βλήμενος· οἱ δὲ τάφον, πτερόεν βέλος εἰσορόωντες.
καὶ τὸ μὲν ἐξείρυσσε παρεδριόων Ἐριβώτης,
ἕλκος δὲ ξυνέδησεν, ἀπὸ σφετέρȣ κολεοῖο
λυσάμενος τελαμῶνα κατήορον· ἐκ δὲ φαάνθη

1030. Ol. ἔχȣσιν. 1031. T. παρανισσόμενοι. Sic e 3. Vatt. repoſui. In Vrat. παραγεισσόμενοι. Vulgo T. παραμειβόμενοι. 1033. Tres Vatt. et Vrat. διερὴ γὰρ — forſan ex altera edit. 1040. ἐξείρυσσε cum 2. Vatt. Vr. Br. pro vulg. ἐξέρυσε. 1042. δ' ἐφαάνθη Br. ſine codd.

miſer: ſi enim quando jus dicens deliraverit,
fame eum illo die incluſum tenent.
Hos praetergreſſi, jam etiam prope ex oppoſito
inſulae *Aretiadis* (Mavortiae), confecerunt navigationem remigando
interdiu: nam lenis ſub diluculum defecerat ventus.
jam etiam quendam ſuperne Areïum (Martis alumnum) volitantem
incolam inſulae per aërem alitem viderunt,
qui concuſſis alis in navem currentem
emiſit in eam pennam acutam, quae laevo incidit humero
divini Oïlei: dimiſit autem e manibus remum
vulneratus: illi (ſocii) obſtupuerunt, alato telo conſpecto.
atque illud extraxit aſſidens *Eribotes*,
vulnusque ligavit, poſtquam e ſua vagina
ſolverat faſciam dependentem: apparuit vero

ἄλλος ἐπὶ προτέρῳ πεποτημένος· ἀλλὰ μὲν ἥρως
Εὐρυτίδης Κλύτιος — πρὸ γὰρ ἀγκύλα τείνατο τόξα —
ἧκεν ἐπ' οἰωνὸν ταχινὸν βέλος, αὐτὰρ ἔπειτα
πλῆξεν· δινηθεὶς δὲ θοῆς πέσεν ἐγγύθι νηός.
τοῖσιν δ' Ἀμφιδάμας μυθήσατο, παῖς Ἀλεοῖο·
„Νῆσος μὲν πέλας ἡμὶν Ἀρητιάς, ἴστε καὶ αὐτοὶ
τούσδ' ὄρνιθας ἰδόντες. ἐγὼ δ' οὐκ ἔλπομαι ἰοὺς
τόσσον ἐπαρκέσσειν εἰς ἔκβασιν. ἀλλά τιν' ἄλλην
μῆτιν πορσύνωμεν ἐπίρροθον, εἴ γ' ἐπικέλσαι
μέλλετε, Φινῆος μεμνημένοι, ὡς ἐπέτελλεν.
οὐδὲ γὰρ Ἡρακλέης, ὁπότ' ἤλυθεν Ἀρκαδίηνδε,
πλωάδας ὄρνιθας Στυμφηλίδος ἔσθενε λίμνης

1043—45. Ol. ἀλλά μιν ἥ. Ε. Κλύτιος· π. γ. ἀ. τ. τ. ἧκα δ' ἐπ' ο. τ. βέλος· α. Tum verba πρὸ — βέλος in parentheſi accipienda, et αὐτὰρ redundat. ἧκεν ἐπ' e 4. codd. μὲν e conject. dedit Br. atque eſt ejus lectio facilior. μὲν reſpicit ad δὲ v. 1046., nec αὐτὰρ vi caret. Matthiae tamen maluit: ἀλλά μιν ἥρ. — — ἧκε δ' ἐπ' — αὐτίκ' ἔπειτα, quod non deterius eſt. 1046. Ol. ἀγχόθι. 1051. Ol. ἐπίρροθον' εἰ κ' ἐπ. Vtrumque Brunk. ex ingenio emend. 1052 Br. mavult: οἵ' ἐπέτελλεν. 1053. Duo Vatt. et Vr. Ἀρκαδίην γε. 1054. Ol. πλωΐδας — Στυμφαλίδας. Στυμφαλίδος duo codd.

alia (avis) priori advolans: at heros
Euryti filius *Clytius* — antea enim curvum tetenderat arcum —
emiſit in avem celerem ſagittam, tum deinde
percuſſit, ita ut circumacta (avis) prope ad celerem delaberetur navem.
ad hos *Amphidamas* dixit, filius Alei:
„Inſula quidem prope nobis adeſt, *Aretias*, noſtis etiam ipſi
hos alites conſpicati. equidem non puto ſagittas
tantum ſuffecturas eſſe, ut eſcendere poſſimus. itaque aliud quoddam
conſilium paremus commodum, ſi appellere
velitis, *Phinei* memores, ut juſſit.
neque enim Hercules, quando in Arcadiam venit,
Ploadas (natantes) aves e Stymphalio potuit lacu

ὤσασθαι τόξοισι, τὸ μέν τ' ἐγὼ αὐτὸς ὄπωπα.
ἀλλ' ὅγε χαλκείην πλατάγην ἐνὶ χερσὶ τινάσσων
δοῦπει ἐπὶ σκοπιῆς περιμήκεος· αἱ δ' ἐφέβοντο
τηλοῦ, ἀτυζηλῷ ὑπὸ δείματι κεκληγυῖαι.
τῷ καὶ νῦν τοίην τιν' ἐπιφραζώμεθα μῆτιν·
αὐτὸς δ' ἂν τὸ πάροιθεν ἐπιφρασθεὶς ἐνέποιμι.
ἀνθέμενοι κεφαλῇσιν ἀερσιλόφους τρυφαλείας,
ἡμίσεες μὲν ἐρέσσετ' ἀμοιβαδὶς, ἡμίσεες δὲ
δούρασί τε ξυστοῖσι καὶ ἀσπίσιν ἄρσατε νῆα.
αὐτὰρ πασσυδίῃ περιώσιον ὄρνυτ' ἀϋτὴν
ἀθρόοι, ὄφρα κολῳὸν ἀηθείῃ φοβέωνται,
νεύοντάς τε λόφους, καὶ ἐπήορα δούραθ' ὕπερθεν.
εἰ δέ κεν αὐτὴν νῆσον ἱκοίμεθα, δὴ τότ' ἔπειτα
σὺν κελάδῳ σακέεσσι πελώριον ὄρσετε δοῦπον."
"Ὣς ἄρ' ἔφη· πάντεσσι δ' ἐπίρροθος ἥνδανε μῆτις.

1056. πλατάγην cum 3. Vatt. Vr. et codd. Br. ſcripſi, pro πλαταγὴν — et 1057. δ' ἐφέβ. cum 3. Vatt. Vr. et Br. Ol. δὲ φέβοντο. 1060. Ol. τοπάροιθεν. 1063. Ol. ἄρσετε. E 3. codd. auctor. mutavit Br. Praecedit ἐρέσσετε. 1064. πασσυδίῃ cum 3. Vatt. Vr. Br. Ol. πανσυδίῃ. 1066. Ol. ἐπήορα ſine jota ſubſcr. 1067. Ol. ἱκώμεθα. Emend. Br. ex uno cod. 1068. ὄρσετε cum 3. Vatt. et Vr. dedi pro ὄρσατε. Commode hic Futurum ponitur. 1069. Ol. ἐπίῤῥοθος.

abigere ſagittis, quod quidem ego ipſe vidi.
immo ille aereum crepitaculum manibus concutiens
ſtrepitum effecit in ampla ſpecula: illae aufugerunt
procul, terribili prae metu clangentes.
quare etiam nunc tale excogitemus conſilium.
ipſe vero, quod antea commentus ſum, eloquar:
impoſitis in capita criſtatis galeis,
dimidii remigate viciſſim, dimidii vero
et haſtis politis et clypeis inſtruite navem:
at uno impetu ingentem tollite clamorem
omnes ſimul, ut ſtrepitum ob inſolentiam timeant,
nutantesque criſtas, et ſublatas haſtas in altum.
ſi vero in ipſam inſulam venerimus, tum deinde
cum clamore clypeis immanem excitabitis ſtrepitum."
Sic fatus eſt: omnibus autem utile placuit conſilium.

ἀμφὶ δὲ χαλκείας κόρυθας κεφαλῇσιν ἔθεντο,
δεινὸν λαμπομένας, ἐπὶ δὲ λόφοι ἐσσείοντο
φοινίκεοι. καὶ τοὶ μὲν ἀμοιβήδην ἐλάασκον·
τοὶ δ᾽ αὖτ᾽ ἐγχείῃσι καὶ ἀσπίσι νῆ᾽ ἐκάλυψαν.
ὡς δ᾽ ὅτε τις κεράμῳ κατερέψεται ἑρκίον ἀνὴρ,
δώματος ἀγλαΐην τε καὶ ὑετοῦ ἔμμεναι ἄλκαρ,
ἄλλῳ δ᾽ ἔμπεδον ἄλλος ὁμῶς ἐπαμοιβὸς ἄρηρεν·
ὣς οἵγ᾽ ἀσπίσι νῆα συναρτύναντες ἔρεψαν.
οἵη δὲ κλαγγὴ δηΐου πέλει ἐξ ὁμάδοιο
ἀνδρῶν κινυμένων, ὁπότε ξυνίωσι φάλαγγες,
τοίη ἄρ᾽ ὑψόθι νηὸς ἐς ἠέρα κίδνατ᾽ ἀϋτή.
οὐδέ τιν᾽ οἰωνῶν ἔτ᾽ ἐσέδρακον, ἀλλ᾽ ὅτε νήσῳ
χρίμψαντες σακέεσσιν ἐπέκτυπον, αὐτίκ᾽ ἄρ᾽ οἵ γε
μυρίοι ἔνθα καὶ ἔνθα πεφυζότες ἠερέθοντο.
ὡς δ᾽ ὁπότε Κρονίδης πυκινὴν ἐφέηκε χάλαζαν

1076. Ox. ἐπαμοιρὸς, et 1080. κίνδνατ᾽. 1077. 4. codd. Pariſſ. συναρτήσαντες.

impoſuerunt igitur aereas galeas capitibus,
horrendum fulgentes, ſuper iis vero criſtae agitabantur
purpureae. atque alii quidem alternis remigarunt,
alii autem haſtis et clypeis navem obtexerunt.
ſicut vero, quando quis tegulis coopertirus eſt murum,
ut et domui ornamentum et adverſus pluviam ſit praeſidium,
alii ſtatim alia (tegula) ſimul ſuccedens adaptatur:
ſic illi clypeis navem inſtructam cooperuerunt.
qualis autem clangor hoſtili exſiſtit e tumultu
hominum ſe moventium, quando congrediuntur cohortes,
talis ſupra navem in aërem diffuſus eſt clamor.
neque ullam avem amplius viderunt, ſed quando ad inſulam
appropinquantes clypeis ſtrepebant, ſtatim illae
innumerae huc et illuc in fugam ſublatae ſunt.
ut vero, quando Iupiter denſam immittit grandinem

ἐκ νεφέων ἀνά τ' ἄςυ καὶ οἰκία, τοὶ δ' ὑπὸ τοῖσιν
ἐνναέται κόναβον τεγέων ὕπερ εἰσαΐοντες
ἧνται ἀκὴν, ἐπεὶ ὄυ σφε κατέλλαβε χείματος ὥρη
ἀπροφάτως, ἀλλὰ πρὶν ἐκαρτύναντο μέλαθρα·
ὣς πυκινὰ πτερὰ τοῖσιν ἐφίεσαν ἀΐσσοντες
ὕψι μάλ' ἀμπέλαγος περάτης εἰς ὄυρεα γαίης.
Τίς γὰρ δὴ Φινῆος ἔην νόος, ἐνθάδε κέλσαι
ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον ςόλον; ἢ καὶ ἔπειτα
ποῖον ὄνειαρ ἔμελλεν ἐελδομένοισιν ἱκέσθαι;
Υἷηες Φρίξοιο μετὰ πτόλιν Ὀρχομενοῖο
ἐξ Αἴης ἐνέοντο παρ' Αἰήταο Κυταίου
Κολχίδα νῆ' ἐπιβάντες, ἵν' ἄσπετον ὄλβον ἄροιντο
πατρός· ὁ γὰρ θνήσκων ἐπετείλατο τήνδε κέλευθον.
καὶ δὴ ἔσαν νήσοιο μάλα σχεδὸν ἤματι κείνῳ.

1087. Ol. σφι. Cum 4. codd. emendavit Br. 1088. μέλαθρα omnes Vatt. et Br. 5. codd. Ol. μέλαθρον. 1095. In omn. Vatt. et Vr. ἐνέποντο. 1096. Ol. ἄρωνται. 1097. ὁ γὰρ cum Vrat. pro ὅ γ.

e nubibus in urbem et domos, harum
incolae, crepitu ſuper tectis audito
ſedent quieti, quoniam non eos deprehendit tempeſtas
improviſo, ſed antea muniverant tecta:
ita denſas pennas in hos (Argonautas) demiſerunt (aves) volantes
ſublime admodum trans mare ad ultimae montes terrae.
Iam quaenam Phinei erat ſententia (jubentis), ut huc appelleret
heroum divina cohors? atque poſtea
quidnam commodi erat deſiderantibus venturum?
Filii *Phrixi* in urbem *Orchomeni*
ex *Aea* proficiſcebantur ab *Aeeta* Cytaeo
Colchicam navem ingreſſi, ut immenſas opes tollerent
patris: ille enim moriens praeceperat hoc iter.
atqui erant proxime inſulam die illo.

Ζεὺς δ' ἀνέμου Βορέαο μένος κίνησεν ἀῆναι,
ὕδατι σημαίνων διερὴν ὁδὸν Ἀρκτούροιο·
αὐτὰρ ὅγ' ἠμάτιος μὲν ἐν οὔρεσι φύλλ' ἐτίνασσε
τυτθὸν ἐπ' ἀκροτάτοισιν ἀήσυρος ἀκρεμόνεσσι·
νυκτὶ δ' ἔβη πόντονδε πελώριος, ὦρσε δὲ κῦμα
κεκληγὼς πνοιῇσι· κελαινὴ δ' οὐρανὸν ἀχλὺς
ἄμπεχεν, οὐδέ πῃ ἄστρα διαυγέα φαίνετ' ἰδέσθαι
ἐκ νεφέων, σκοτόεις δὲ περὶ ζόφος ἠήρειστο.
οἱ δ' ἄρα μυδαλέοι, στυγερὸν τρομέοντες ὄλεθρον,
υἱῆες Φρίξοιο φέρονθ' ὑπὸ κύμασιν αὔτως.
ἱστία δ' ἐξήρπαξ' ἀνέμου μένος, ἠδὲ καὶ αὐτὴν
νῆα διάνδιχ' ἔαξε τινασσομένην ῥοθίοισιν.
ἔνθα δ' ὑπ' ἐννεσίῃσι θεῶν, πίσυρές περ ἐόντες,
δούρατος ὠρέξαντο πελωρίου, οἷά τε πολλὰ
ῥαισθείσης κεκέδαστο, θοοῖς συναρηρότα γόμφοις.

1101. Ol. ἐτίνασσεν. 1102. Ol. ἀκρεμόνεσσιν. 1108. Br. αὔτως. 1109. Ol. ἠδὲ καὶ αὔτως. Ita et libri omnes. Correxi cum Br. In uno Vat. ἔτως. 1111. ὑπ' ἐννεσ. cum 3. Vatt. et Br. pro ὑπαινεσίῃσι, ut ol. lectum.

Iupiter autem Boream concitavit, ut flaret,
aqua (imbribus) ſignificans humidam viam (ortum) Arcturi.
at ille interdiu in montibus folia concuſſit
paullulum in ſummis leniter flans ramis:
noctu vero invaſit pontum vehemens, excitavitque fluctum
ſtridens flatibus: atra vero caelum caligo
involvit: neque ullibi ſidera perlucentia apparebant
ex nubibus, verum tenebricoſa undique caligo inhaeſerat.
illi igitur madidi, triſtem metuentes interitum,
filii Phrixi ferebantur fluctibus paſſim.
vela autem diripuit venti vis, atque etiam ipſam
navem diffregit quaſſatam fluctibus.
tum conſilio deorum, quanquam quatuor erant,
lignum corripuerunt ingens, qualia quidem multa
diffracta navi diſſipabantur, acutis compacta clavis.

καὶ τοὺς μὲν νῆσόνδε, παρὲξ ὀλίγον θανάτοιο,
κύματα καὶ ῥιπαὶ ἀνέμου φέρον ἀσχαλόωντας.
αὐτίκα δ' ἐῤῥάγη ὄμβρος ἀθέσφατος, ὗε δὲ πόντον
καὶ νῆσον, καὶ πᾶσαν ὅσην κατεναντία νήσου
χώρην Μοσσύνοικοι ὑπέρβιοι ἀμφενέμοντο.
τοὺς δ' ἄμυδις κρατερῷ σὺν δούρατι κύματος ὁρμὴ
υἷας Φρίξοιο μετ' ἠϊόνας βάλε νήσου
νύχθ' ὑπὸ λυγαίην· τὸ δὲ μύριον ἐκ Διὸς ὕδωρ
λῆξεν ἅμ' ἠελίῳ· τάχα δ' ἐγγύθεν ἀντεβόλησαν
ἀλλήλοις, Ἄργος δὲ παροίτατος ἔκφατο μῦθον·
„Ἀντόμεθα πρὸς Ζηνὸς Ἐποψίου, οἵτινές ἐστὲ
ἀνδρῶν, εὐμενέειν τε καὶ ἀρκέσσαι χατέουσι.
πόντῳ γὰρ τρηχεῖαι ἐπιβρίσασαι ἄελλαι
νηὸς ἀεικελίης διὰ δούρατα πάντ' ἐκέδασσαν,

1117. Qui poſt hunc ſequebatur, eum cum Vr. 3. Vatt. et 6. Br. codd. omiſi verſum ineptum (quem nec in cod. Card. Zeladae invenit editor Italus):

νῆσόν τ' ἤπειρόν τε περαίης ἀγχόθι νήσου.

atque illos quidem in inſulam, quum parum abfuiſſent a morte,
fluctus et impetus venti detulerunt male affectos.
ſtatim vero erupit imber plurimus, compluitque mare
et inſulam et omnem quam ex adverſo inſulae
regionem Moſſynoeci violenti incolebant.
ipſos autem ſimul cum valido ligno fluctus impetus
filios Phrixi in littora conjecit inſulae
nocte caliginoſa: at infinita ex Iove pluvia
ceſſavit ſole exoriente: ſtatim vero prope occurrerunt
ſibi, et *Argus* primus ita locutus eſt:
„Rogamus per Iovem Epopſium (omnia ſpectantem), quicunque eſtis
viri, ut et faveatis et opem feratis indigentibus.
nam quae in mare irruerunt aſperae procellae
navis indignae ligna omnia disjecerunt,

[ᾗ ἔνι τειρόμενοι ἄμ' ἐπὶ χρέος ἐμβεβαῶτες.]
τοὔνεκα νῦν ὑμέας γουναζόμεθ', αἴ κε πίθοισθε,
δοῦναι ὅσον θ' εἴλυμα περὶ χροὸς, ἠδὲ κομίσσαι
ἀνέρας οἰκτείραντας ὁμήλικας ἐν κακότητι.
ἀλλ' ἱκέτας ξείνους Διὸς εἵνεκεν αἰδέσσασθε
Ξεινίου Ἱκεσίου τε· Διὸς δ' ἄμφω ἱκέται τε
καὶ ξεῖνοι· ὁ δέ που καὶ ἐπόψιος ἄμμι τέτυκται."
Τὸν δ' αὖτ' Αἴσονος υἱὸς ἐπιφραδέως ἐρέεινε,
μαντοσύνας Φινῆος οἰσσάμενος τελέεσθαι·
„Ταῦτα-μὲν αὐτίκα πάντα παρέξομεν εὐμενέοντες.
ἀλλ' ἄγε μοι κατάλεξον ἐτήτυμον, ὥς ποθι γαίης
ναίετε, καὶ χρέος οἷον ὑπεὶρ ἅλα νεῖσθαι ἀνώγει;
αὐτῶν θ' ὑμείων ὄνομα κλυτὸν, ἠδὲ γενέθλην."
Τὸν δ' Ἄργος προσέειπεν ἀμηχανέων κακότητι·

1128. Hunc verſum delevit Br. cum praecedd. non bene cohaerentem. Poterat ἐμβεβάαμεν ſcribi. E priori edit. videtur male ſervatus eſſe. Legitur in Vrat. E Vatt. nihil notatum. 1129. Ol. πίθησθε. 1138. Servavi ὥς ποθι γ. ob codd. conſenſum, etſi uſitatius eſt, quod Br. repoſuit, ὁππόθι γ.

[quam afflicti ſimul propter negotium conſcenderamus.]
quare nunc vobis ſupplicamus, ſi modo obſequamini,
ut detis quantulumcunque veſtimentum corporis, atque curetis
viros miſerti aequales in miſeria.
itaque ſupplices hoſpites Iovis cauſa reveremini
Hoſpitalis et ſupplicum antiſtitis: Iovis vero utrique et ſupplices
et hoſpites (in tutela ſunt): ille vero etiam nos ſpectat."
Eum autem Aeſonis filius prudenter percunctatus eſt,
vaticinia Phinei ratus eventura eſſe:
„Haec quidem ſtatim omnia praebebimus benevoli.
ſed age, mihi dic vere, quemadmodum alicubi terrae
habitetis, et quaenam cauſa vos ſuper mare vehi juſſerit?
ipſorumque veſtrum nomen celebre, et genus."
Hunc Argus allocutus eſt perplexus ob res adverſas:

„Αἰολίδην Φρίξον τιν' ἀφ' Ἑλλάδος Αἶαν ἱκέσθαι,
ἀτρεκέως, δοκέω που, ἀκούετε καὶ πάρος αὐτοί,
Φρίξον, ὅτις πτολίεθρον ἀνήλυθεν Αἰήταο,
κριοῦ ἐπεμβεβαώς, τόν ῥα χρύσειον ἔθηκεν
Ἑρμείης· κῶας δὲ καὶ εἰσέτι νῦν κεν ἴδοισθε
πεπτάμενον λασίοισιν ἐπὶ δρυὸς ἀκρεμόνεσσι.
τὸν μὲν ἔπειτ' ἔῤῥεξεν ἑῆς ὑποθημοσύνῃσι
Φυξίῳ ἐκ πάντων Κρονίδῃ Διΐ. καί μιν ἔδεκτο
Αἰήτης μεγάρῳ, κούρην τέ οἱ ἐγγυάλιξε
Χαλκιόπην ἀνάεδνον, ἐϋφροσύνῃσι νόοιο.
τῶν ἐξ ἀμφοτέρων εἰμὲν γένος. ἀλλ' ὁ μὲν ἤδη
γηραιὸς θάνε Φρίξος ἐν Αἰήταο δόμοισιν·
ἡμεῖς δ' αὐτίκα, πατρὸς ἐφετμάων ἀλέγοντες,
νεύμεθ' ἐς Ὀρχομενὸν, κτεάτων Ἀθάμαντος ἕκητι.

1143. Poſt ἀτρεκέως comma poſui. Cohaeret cum ἀκούετε. 1146. Ol. Ἑρμέας. In omn. Vatt. et al. codd. ἴδησθε. 1147. Hunc verſum πεπτ. κ. τ. λ. Br. delevit, quia infra 1273. legitur. At videtur hic deſiderari locus, ubi vellus videre poſſint, eſtque hoc etiam imitationis Homericae, quod iidem verſus repetuntur. 1155. κτεάτων Br. e 4. codd. pro vulg. κτεάνων.

„Aeoliden Phrixum quendam e Graecia in Aeam veniſſe,
certo, opinor, audiviſtis etiam antea ipſi,
Phrixum, qui in urbem venit Aeetae,
ariete vectus, quem quidem aureum reddidit
Mercurius: vellus vero etiamnum conſpicere poſſitis,
expanſum in frondoſis quercus ramis.
eum deinde immolavit ipſius mandato
Phyxio (fugae praeſidi) prae omnibus (diis) *Saturnio* Iovi. atque ipſum excepit
Aeetes domo, eique filiam uxorem collocavit
Chalciopen indotatam, benevolo animo.
ex quo utroque parente ſumus genere. at Phrixus jam
ſenex mortuus eſt in Aeetae domibus:
nos vero ſtatim patris mandata curantes
navigamus Orchomenum, opum *Athamantis* cauſa.

εἰ δὲ καὶ οὔνομα δῆθεν ἐπιθύεις δεδαῆσθαι,
τῷδε Κυτίσσωρος πέλει οὔνομα, τῷδέ τε Φρόντις·
τῷ δὲ Μέλας· ἐμὲ δ' αὐτὸν ἐπικλείοιτέ κεν Ἄργον.“
Ὣς φάτ'· ἀριστῆες δὲ συνηβολίῃ κεχάροντο,
καὶ σφέας ἀμφίεπον περιθαμβέες. αὐτὰρ Ἰήσων
ἐξαῦτις κατὰ μοῖραν ἀμείψατο τοῖσδ' ἐπέεσσιν·
„Ἦ ἄρα δὴ γνωτοὶ πατρώϊοι ἄμμιν ἐόντες
λίσσεσθ' εὐμενέοντας ἐπαρκέσσαι κακότητα.
Κρηθεὺς γάρ ῥ' Ἀθάμας τε κασίγνητοι γεγάασι.
Κρηθῆος δ' υἱωνὸς ἐγὼ σὺν τοῖσίδ' ἑταίροις
Ἑλλάδος ἐξ αὐτῆς νέομ' ἐς πόλιν Αἰήταο.
ἀλλὰ τὰ μὲν καὶ ἐσαῦτις ἐνέψομεν ἀλλήλοισι·
νῦν δ' ἕσσασθε πάροιθεν· ὑπ' ἐννεσίῃσι δ' ὀΐω
ἀθανάτων ἐς χεῖρας ἐμὰς χατέοντας ἱκέσθαι.“
Ἦ ῥα καὶ ἐκ νηὸς δῶκε σφίσιν εἵματα δῦναι.

1157. Ol. Κυτίσωρος. Etiam Vrat. duplicat σ. Mox Brunk. ex ingenio τῷδε δὲ Φ., ratus copulae locum non eſſe. 1159. Plures codd. κεχάρηντο, et 1162. ἰόντες. 1165. Al. τοῖσι δ'. 1167. ἐνέψομεν cum Vrat. et Brunk. pro vulg. ἐνίψομεν. 1168. Codd. aliquot: ἐννεσίῃσιν ὀΐω, et mox χατέουσιν, atque δῶκέ σφιν.

ſi vero etiam nomen forte cupias cognoſcere,
huic *Cytiſſorus* eſt nomen, atque huic *Phrontis*:
illi *Melas*: me vero ipſum appellabitis *Argum*.
Sic locutus eſt: principes autem congreſſu hoc laetati ſunt,
atque eos amplexi valde ſtupentes. at Iaſon
deinde, ut decebat, reſpondit his verbis:
„Profecto cognati paterni nobis eſtis
et rogatis benevolos ſuccurrere miſeriae.
Cretheus enim et *Athamas* fratres fuerunt.
Crethei autem nepos ego cum his ſociis
ex ipſa Graecia proficiſcor in urbem Aeetae.
at haec etiam poſtea narrabimus nobis.
nunc vero veſtiamini prius: conſilio autem puto
deorum in manus meas vos indigentes incidiſſe.
Dixit, et e navi dedit iis veſtimenta induenda.

πασσυδίη δ᾽ ἤπειτα κίον μετὰ νηὸν Ἄρηος,
μῆλ᾽ ἱερευσόμενοι· περὶ δ᾽ ἐσχάρῃ ἐστήσαντο
ἐσσυμένως, ἥ τ᾽ ἐκτὸς ἀνηρεφέος πέλε νηοῦ
στιάων· εἴσω δὲ μέγας λίθος ἠρήρειστο
ἱερός, ᾧ ποτε πᾶσαι Ἀμαζόνες εὐχετόωντο.
οὐδέ σφιν θέμις ἦεν, ὅτ᾽ ἀντιπέρηθεν ἵκοντο,
μήλων τ᾽ ἠδὲ βοῶν τῇδ᾽ ἐσχάρῃ ἱερὰ καίειν·
ἀλλ᾽ ἵππους δαίτρευον, ἐπηετανὸν κομέουσαι.
αὐτὰρ ἐπεὶ ῥέξαντες ἐπαρτέα δαῖτ᾽ ἐπάσαντο,
δὴ τότ᾽ ἄρ᾽ Αἰσονίδης μετεφώνεεν, ἦρχέ τε μύθων·
„Ζεὺς αὐτὸς τὰ ἕκαστ᾽ ἐπιδέρκεται· οὐδέ μιν ἄνδρες
λήθομεν ἔμπεδον, οἵ τε θεουδέες ἠδὲ δίκαιοι·
ὡς μὲν γὰρ πατέρ᾽ ὑμὶν ὑπεξείρυτο φόνοιο

1172. ἱερευσόμενοι jam Steph. et aliquot codd. Parr. Al. ἱερευσάμενοι. 1174. Ol. μέλας. Ex ingenio correxit Br. 1176. Ol. ἵκοιντο. E 5. Pariſſ. mutavit Br. 1177. Br. edidit ſine codd. μήλων ἠδὲ βοῶν. Sed 1179. δαῖτ᾽ ἐπάσ. cum eo repoſui, quia vulg. δαῖτα πάσαντο aures offendit. 1182. Scribitur in omn. libris οὐδὲ δίκαιοι, quod vel ex Hom. Od. VI, 120. vel οὐδὲ e ſuper. verſu petitum. Expectari poterat: οἵ τε θεουδέες ἠδὲ τ᾽ ἀλιτροί (impii). Sed et hoc bonum: qui quidem pii et probi ſumus. 1183. Ol. ὑμὸν — In Vr. verſus omiſſus, in marg. ſuppletus.

omnes vero una deinde ibant ad templum Martis,
pecudes immolaturi: circa aram autem ſteterunt
ſtudioſe, quae extra tecto carens (ſubdiale) erat templum
e lapidibus (facta): intus vero magnus lapis defixus erat
ſacer, ad quem olim omnes Amazones vota faciebant.
neque ipſis fas erat, quando ex adverſa terra venerant,
ovium atque boum in hac ara ſacra comburere;
ſed equos immolabant copioſe nutritos.
at poſtquam ſacris operati, paratas epulas deguſtaverant,
tum Iaſon allocutus eſt (hoſpites) prior ita:
„Iupiter ipſe cuncta videt; neque eum viri
latemus prorſus qui quidem pii ſumus et probi.
ut enim patrem vobis ſervavit a caede

μητρυιῆς, καὶ νόσφιν ἀπειρέσιον πόρεν ὄλβον·
ὣς δὲ καὶ ὑμέας αὖτις ἀπήμονας ἐξεσάωσε
χείματος οὐλομένοιο. πάρεστι δὲ τῇσδ' ἐπὶ νηὸς
ἔνθα καὶ ἔνθα νέεσθαι, ὅπη φίλον, εἴτε μετ' Αἶαν,
εἴτε μετ' ἀφνειὴν θείου πόλιν Ὀρχομενοῖο.
τὴν γὰρ Ἀθηναίη τεχνήσατο, καὶ τάμε χαλκῷ
δούρατα Πηλιάδος κορυφῆς πάρα· σὺν δέ οἱ Ἄργος
τεῦξεν. ἀτὰρ κείνην γε κακὸν διὰ κῦμ' ἐκέδασσε
πρὶν καὶ πετράων σχεδὸν ἐλθεῖν, αἵ τ' ἐνὶ πόντῳ
στεινωπῷ συνίασι πανήμεροι ἀλλήλῃσιν.
ἀλλ' ἄγεθ', ὧδε καὶ αὐτοὶ ἐς Ἑλλάδα μαιομένοισι
κῶας ἄγειν χρύσειον ἐπίρεσθαι ἄμμι πέλεσθε,
καὶ πλόου ἡγεμονῆες, ἐπεὶ Φρίξοιο θυηλὰς
στέλλομαι ἀμπλήσων, Ζηνὸς χόλον Αἰολίδῃσιν."
Ἴσκε παρηγορέων· οἱ δ' ἔστυγον εἰσαΐοντες.
οὐ γὰρ ἔφαν τεύξεσθαι ἐνηέος Αἰήταο

1188. Abſurde ante Br. legebatur: ε. μετὰ Φθίην — 1190. πάρα cum uno Vat. et 6. codd. Brunk. pro vulg. πέρι. 1192. ἐλθέμεν mavult Br. ad III, 767. 1295. Ol. ἐπίῤῥοθοι.

novercae, atque ſeparatim (alibi) immenſas dedit opes:
ſic vero etiam vos rurſus ſalvos eripuit
tempeſtati pernicioſae. licet vero hac navi
huc et illuc ire, quo lubet, ſive Aeam,
ſive in opulentam divini urbem Orchomeni.
hanc enim Minerva fabricavit, et ſecuit ferro
ligna ex cacumine Peliaco; cum ea vero Argus
conſtruxit. illam vero (veſtram navem) improbus fluctus disjecit,
priusquam etiam acceſſiſtis ad rupes, quae in mari
anguſto concurrunt toto die inter ſe.
agite igitur, hic etiam ipſi in Graeciam cupientibus
vellus aſportare aureum adjutores nobis eſtote
atque navigationis duces, quoniam pro Phrixo ſacra
proficiſcor peracturus, ob Iovis iram in Aeolidas.
Ita cohortatus eos eſt: illi horrebant audientes.
neque enim putabant habituros eſſe mitem Aeetam

κῶας ἄγειν κριοῖο μεμαότας, ὧδέ τ' ἔειπεν
Ἄργος, ἀτεμβόμενος τοῖον στόλον ἀμφιπένεσθαι.
„Ὦ φίλοι, ἡμέτερον μὲν ὅσον σθένος, οὔποτ' ἀρωγὴ
σχήσεται οὐδ' ἠβαιὸν, ὅτε χρειώ τις ἵκηται.
ἀλλ' αἰνῶς ὀλοῇσιν ἀπηνείῃσιν ἄρηρεν
Αἰήτης· τῷ καὶ περιδείδια ναυτίλλεσθαι.
στεῦται δ' Ἠελίου γόνος ἔμμεναι· ἀμφὶ δὲ Κόλχων
ἔθνεα ναιετάουσιν ἀπείρονα· καὶ δέ κεν Ἄρει
σμερδαλέην ἐνοπὴν μέγα τε σθένος ἰσοφαρίζοι.
οὐ μὰν, οὐδ' ἀπάνευθεν ἑλεῖν δέρος Αἰήταο
ῥηΐδιον· τοῖός μιν ὄφις περί τ' ἀμφί τ' ἔρυται
ἀθάνατος καὶ ἄϋπνος, ὃν αὐτὴ Γαῖ' ἀνέφυσε
Καυκάσου ἐν κνημοῖσι, Τυφωνείη ὅθι πέτρη,
ἔνθα Τυφάονα φασὶ Διὸς Κρονίδαο κεραυνῷ
βλήμενον, ὁππότε οἱ στιβαρὰς ἐπορέξατο χεῖρας,

1200. Cum Vr. et uno Par. ὧδέ τ' pro vulg. ὧδε δ'. 1202. Ol. ἀρωχῆς. Emend. Br. In 3. Vatt. ἀρωγῇ, in Vrat. ſimiliter, ſed hic circumfl. et iota ſubſcr. a manu rec. 1205. Ol. πέρι δείδια. 1211. Cum Vrat. et Brunk. ἀνέφυσε. Ol. ἀνέφυσεν. 1212. Ol. Τυφαονίη. Mutavit Br. cum codd.

vellus auferre arietis cupientes, ſicque locutus eſt
Argus, indignatus tali navigatione eos occupari:
„Amici, quantum quidem nobis virium eſt, nunquam auxilium
prohibebitur ne tantillum quidem, quando neceſſitas quaedam inciderit.
at horrendum in modum ſaeva crudelitate praeditus eſt
Aeetes: quare etiam valde metuo navigare.
fertur autem Solis filius eſſe: circa vero *Colchorum*
gentes habitant innumerae: et vel Martem
horrenda voce magnoque robore aequet.
neque vero profecto ſine Aeeta auferre vellus
facile eſt: talis illud draco undique tuetur
immortalis ſomnique expers, quem ipſa Terra edidit
Caucaſi in ſaltibus, ubi Typhonea eſt rupes,
ubi Typhaonem ajunt Iovis Saturnii fulmine
percuſſum, quando ei validas intentaverat manus

θερμὸν ἀπὸ κρατὸς στάξαι φόνον· ἵκετο δ' αὔτως
οὔρεα καὶ πεδίον Νυσήϊον, ἔνθ' ἔτι νῦν περ
κεῖται ὑποβρύχιος Σερβωνίδος ὕδασι λίμνης."
Ὣς ἄρ' ἔφη· πολέεσσι δ' ἐπὶ χλόος εἷλε παρειὰς
αὐτίκα, τοῖον ἄεθλον ὅτ' ἔκλυον. αἶψα δὲ Πηλεὺς
θαρσαλέως ἐπέεσσιν ἀμείψατο, φώνησέν τε·
„Μὴ δ' οὕτως, ἠθεῖε, λίην δειδίσσεο θυμῷ·
οὔτε γὰρ ὧδ' ἀλκὴν ἐπιδευόμεθ', ὥστε χερείους
ἔμμεναι Αἰήταο σὺν ἔντεσι πειρηθῆναι.
ἀλλὰ καὶ ἡμέας οἴω ἐπισταμένους πολέμοιο
κεῖσε μολεῖν, μακάρων σχεδὸν αἵματος ἐκγεγαῶτας.
τῷ, εἰ μὴ φιλότητι δέρος χρύσειον ὀπάσσοι,
οὔ οἱ χραισμήσειν ἐπιέλπομαι ἔθνεα Κόλχων."
Ὣς οἵ γ' ἀλλήλοισιν ἀμοιβαδὸν ἠγορόωντο,
μέσφ' αὖτις δόρποιο κορεσσάμενοι κατέδαρθεν.
ἦρι δ' ἀνεγρομένοισιν ἐϋκραὴς ἄεν οὖρος·

1216. Νυσήϊον cum Vr. omn. Vatt. Br. pro vulg. Νυσσήϊον. 1221. Br. Μηδ'. 1224. οἴω pro vulg. οἴομ' repoſui cum codd. V. 1226. Ol. ὀπάσσει. Emendavit Br. praeeuntibus codd. Pariſſ.

calidum de capite deſtillaſſe cruorem: venit vero ſic ut erat
in montes et campum Nyſeïum, ubi etiamnum
jacet merſus Serbonidis aquis paludis."
Sic dixit: multis autem pallor occupavit genas
ſtatim, tale certamen ubi audiverant: mox *Peleus*
audacter reſpondit hunc in modum:
„Ne ita, o bone, nimium pertimeſcas animo.
neque enim adeo viribus egemus, ut deteriores
ſimus qui cum Aeeta armis depugnemus.
ſed etiam nos puto peritos belli
illuc venire, ex deorum ſanguine natos.
quare, niſi amice vellus aureum conceſſerit,
non ei utiles fore ſpero gentes Colchorum."
Sic illi inter ſe alternatim locuti ſunt,
uſque dum rurſus epulis ſatiati obdormiſcerent.
mane vero expergefactis lenis ſpirabat aura:

ἱϛία δ' ἤειραν, τὰ δ' ὑπὸ ῥιπῆς ἀνέμοιο
τείνετο· ῥίμφα δὲ νῆσον ἀποπροέλειπον Ἄρηος.
Νυκτὶ δ' ἐπιπλομένῃ Φιλυρηΐδα νῆσον ἄμειβον·
ἔνθα μὲν Οὐρανίδης Φιλύρῃ Κρόνος, εὖτ' ἐν Ὀλύμπῳ
Τιτήνων ἤνασσεν, ὁ δὲ Κρηταῖον ὑπ' ἄντρον
Ζεὺς ἔτι Κουρήτεσσι μετετρέφετ' Ἰδαίοισι,
Ῥείην ἐξαπαφῶν, παρελέξατο· τοὺς δ' ἐνὶ λέκτροις
τέτμε θεὰ μεσσηγύς· ὁ δ' ἐξ εὐνῆς ἀνορούσας
ἔσσυτο χαιτήεντι φυὴν ἐναλίγκιος ἵππῳ·
ἡ δ' αἰδοῖ χῶρόν τε καὶ ἤθεα κεῖνα λιποῦσα
Ὠκεανὶς Φιλύρη, εἰς οὔρεα μακρὰ Πελασγῶν
ἦλθ', ἵνα δὴ Χείρωνα πελώριον, ἄλλα μὲν ἵππῳ
ἄλλα θεῷ ἀτάλαντον, ἀμοιβαίῃ τέκεν εὐνῇ.
Κεῖθεν δ' αὖ Μάκρωνας, ἀπειρεσίην τε Βεχείρων
γαῖαν, ὑπερφιάλους τε παρεξενέοντο Σάπειρας,

1231. Ol. ὑπαὶ ῥιπῆς. Mox 3. Vatt. ἀπόπρο ἔλειπον. 1235. In Ox. ὁ δὲ — et v. ſeq. ol. Ἰδαίοισιν. 1245. παρεξενέοντο etiam 3. Vatt. cum Brunk. Ol. πάρεξ ἐνέοντο.

vela igitur ſuſtulerunt, quae flatu venti
extendebantur: celeriter autem inſulam Martis reliquerunt.
Nocte ſequente *Philyraeam* inſulam praetervecti ſunt;
ibi cum *Philyra* Vrani filius *Cronus* (Saturnus), quando in Olympo
Titanibus imperabat, et ſub antro Cretenſi
Iupiter adhuc inter Curetes educabatur Idaeos,
Rheam fallens, rem habuit: hos vero in concubitu
deprehendit dea medio: ipſe e toro exſiliens
aufugit, jubato forma ſimilis equo:
illa vero prae pudore loco et ſedibus illis relictis
Oceanis *Philyre* in montes longos Pelaſgorum
venit, ubi *Chironem* monſtroſum, partim equo,
partim deo ſimilem, e mutuo peperit concubitu.
Inde porro *Macronas* et immenſam *Bechirum*
terram, et violentos praetervecti ſunt *Sapiras*,

Βύζηράς τ᾽ ἐπὶ τοῖσιν· ἐπιπρὸ γὰρ αἰὲν ἔτεμνον
ἐσσυμένως, λιαρεῖο φορεύμενοι ἐξ ἀνέμοιο.
καὶ δὴ νισσομένοισι μυχὸς διεφαίνετο Πόντου·
καὶ δὴ Καυκασίων ὀρέων ἀνέτελλον ἐρίπναι
ἠλίβατοι, τόθι γυῖα περὶ στυφελοῖσι πάγοισιν
ἰλλόμενος χαλκέῃσιν ἀλυκτοπέδῃσι Προμηθεὺς
αἰετὸν ἥπατι φέρβε παλιμπετὲς ἀΐσσοντα.
τὸν μὲν ἐπ᾽ ἀκροτάτης ἴδον ἕσπερον ὀξέϊ ῥοίζῳ
νηὸς ὑπερπτάμενον νεφέων σχεδόν· ἀλλὰ καὶ ἔμπης
λαίφεα πάντ᾽ ἐτίναξε παραιθύξας πτερύγεσσιν.
οὐ γὰρ ὅγ᾽ αἰθερίοιο φυὴν ἔχεν οἰωνοῖο,
ἶσα δ᾽ ἐυξέστοις ὠκύπτερα πάλλεν ἐρετμοῖς.
δηρὸν δ᾽ οὐ μετέπειτα πολύστονον ἄϊον αὐδὴν
ἧπαρ ἀνελκομένοιο Προμηθέος· ἔκτυπε δ᾽ αἰθὴρ
οἰμωγῇ, μέσφ᾽ αὖτις ἀπ᾽ οὔρεος ἀΐσσοντα
αἰετὸν ὠμηστὴν αὐτὴν ὁδὸν εἰσενόησαν.

1251. Antiqua lectio *χαλκέῃσω*, jam ab Hoelzl. emendata, eſt in Vrat. 1260. Ol. poſt *οἰμωγῇ* colon poſitum.

*Byzeras*que poſt illos: ulterius enim uſque navigabant
celeriter, leni acti vento.
et jam procedentibus ſinus proſpiciebatur *Ponti*,
atque *Caucaſiorum* montium apparuerunt juga
celſa, ubi corpore ad aſperas rupes
alligatus aereis pedicis *Prometheus*
aquilam jecinore paſcebat retro volantem.
eam in ſumma viderunt veſpere acuto ſtridore
navi ſupervolantem prope nubes: at tamen
vela omnia concuſſit laceſſens ea alis.
neque enim illa aëriae naturam habebat avis,
ſed aequales politis alas jactabat remis.
non diu poſt gemibundam audiverunt vocem
Promethei, cui jecur extrahebatur: inſonuit vero aër
ejulatu, donec iterum ex monte volantem
aquilam crudivoram eadem via conſpicerent.

ἐννύχιοι δ' Ἄργοιο δαημοσύνῃσιν ἵκοντο
Φᾶσίν τ' εὐρυρέοντα, καὶ ἔσχατα πείρατα Πόντου.
Αὐτίκα δ' ἱστία μὲν καὶ ἐπίκριον ἔνδοθι κοίλης
ἱστοδόκης στείλαντες ἐκόσμεον· ἐν δὲ καὶ αὐτὸν
ἱστὸν ἄφαρ χαλάσαντο παρακλιδόν· ὦκα δ' ἐρετμοῖς
εἰσέλασαν ποταμοῖο μέγαν ῥόον· αὐτὰρ ὃ πάντη
καχλάζων ὑπόεικεν. ἔχον δ' ἐπ' ἀριστερὰ χειρῶν
Καύκασον αἰπήεντα Κυταιΐδα τε πτόλιν Αἴης,
ἔνθεν δ' αὖ πεδίον τὸ Ἀρήϊον, ἱερά τ' ἄλση
τοῖο θεοῦ, τόθι κῶας ὄφις εἴρυτο δοκεύων,
πεπτάμενον λασίοισιν ἐπὶ δρυὸς ἀκρεμόνεσσιν.
αὐτὸς δ' Αἰσονίδης χρυσέῳ ποταμόνδε κυπέλλῳ
οἴνου ἀκηρασίοιο μελισταγέας χέε λοιβὰς
Γαίῃ τ', ἐνναέταις τε θεοῖς, ψυχαῖς τε καμόντων
ἡρώων· γουνοῦτο δ' ἀπήμονας εἶναι ἀρωγοὺς

1262. δαημοσύνῃσιν eſt Arnaldi emendatio, invitis codd. a Br. jam recepta, pro vulg. ἀλημοσύνῃσιν, quod ſenſus repudiat. 1263. Scripſi hic, ut 1248. majuſcula littera, Πόντου. 1265. Num ἂν δ. κ. — ἀνεχαλάσαντο; 1267. ὃ cum Br. et Vrat. pro ὁ, et καχλάζων cum Vrat. 3. Vatt. Br. cum vulgo editum eſſet καγχλάζων.

noctu autem Argi peritia venerunt
ad *Phaſin* late fluentem, et extremos terminos *Ponti.*
Statim igitur vela et antennam in cavum
receptaculum detracta repoſuerunt, atque ipſum
malum ſtatim demiſerunt inclinatum: celeriter autem remis
agitarunt in fluvii magnum alveum: at ille undique
aeſtuans ceſſit: habebant vero ad ſiniſtram manum
Caucaſum altum et Cytaicam urbem Aeetae,
ex altera parte campum *Martium*, et ſacros lucos
illius dei, ubi vellus ſerpens cuſtodiebat obſervans
ſuſpenſum in frondoſis quercus ramis.
ipſe vero Iaſon aureo in flumen poculo
vini meraci dulcia fudit libamina
Terrae inquilinisque diis et animabus defunctorum
heroum, ſupplexque oravit, ut innoxii eſſent adjutores

εὐμενέως, καὶ νηὸς ἐναίσιμα πείσματα δέχθαι.
αὐτίκα δ' Ἀγκαῖος τοῖον μετὰ μῦθον ἔειπε·
„Κολχίδα μὲν δὴ γαῖαν ἱκάνομεν, ἠδὲ ῥέεθρα
Φάσιδος· ὥρη δ' ἡμὶν ἐνὶ σφίσι μητιάασθαι,
εἴτ' οὖν μειλιχίῃ πειρησόμεθ' Αἰήταο,
εἴτε καὶ ἀλλοίη τις ἐπήβολος ἔσσεται ὁρμή.“
Ὣς ἔφατ'· Ἄργου δ' αὖτε παρηγορίῃσιν Ἰήσων
ὑψόθι νῆ' ἐκέλευσεν ἐπ' εὐναίῃσιν ἐρύσσαι,
δάσκιον εἰσελάσαντας ἕλος· τὸ δ' ἐπισχεδὸν ἦε
νισσομένων· ἔνθ' οἵγε διὰ κνέφας ηὐλίζοντο.
ἠὼς δ' οὐ μετὰ δηρὸν ἐελδομένοις ἐφαάνθη.

1278. Ol. ἔειπεν. 1283. παρηγορίῃσιν cum Br. Vr. 3. Vatt. Ol. παρηγορέῃσιν. 1284. ἐρύσσαι Br. Vrat. 3. Vatt. pro vulg. ἐρύσαι. 1285. Ol. ἤεν. Brunk. majuſcula littera edidit Δάσκιον. 1287. Ol. ἐελδομένοισι φαάνθη. Vt Br. e duobus codd. edidit, ita et Vrat.

benevole, atque navis bono omine retinacula exciperent.
ſtatim autem *Ancaeus* ita locutus eſt:
„In *Colchicam* quidem terram pervenimus et fluenta
Phaſidis: tempus igitur eſt inter nos conſultandi,
utrum comiter ſollicitandus Aeetes,
an etiam alia quaedam tuta ſit rei aggrediendae ratio.“
Sic fatus eſt: Argi autem hortatu *Iaſon*
in alto navem juſſit ancoris ſtabilire
in umbroſam actam paludem, quae propinqua erat
navigantibus: ubi illi per noctem dormiverunt.
aurora autem paullo poſt deſiderantibus apparuit.

ARGVMENTVM TERTII LIBRI.

I. Implorato Muſae auxilio (1-5), Poeta fingit, Iunonem et Minervam inter ſe conſultaſſe, quomodo Iaſon ſit adjuvandus (-24.), et Iunonem ſuaſiſſe, ut Venetem adirent, quae filio perſuaderet, ut Medeae, filiae Aeetae, amorem in Iaſonem inſtillaret (-35.). Venus, ad quam deae profectae ſunt, mirata earum adventum, cognita voluntate Iunonis, negat primum filium ſibi pariturum eſſe, qui adeo minatus ipſi nuper ſit (-99.), tandem tamen ſe periculum facturam eſſe oſtendit (-110.). Itaque ad filium abiit, quem invenit cum Ganymede talis ludentem (-128.), eique, dono etiam promiſſo, perſuaſit, ut Medeam ſagitta feriret (-155.). Cupido igitur per aërem celeriter abiit (-166. Epiſodium praeclare exornatum!) II. Interea heroes conſilia inierant de rebus agendis, placuitque Iaſonis ſententia, ut ipſe cum filiis Phrixi, et Telamone atque Augea regem Aeeten conveniret, juberetque ſibi dari vellus aureum (-198.). Itaque per campum, in quo ex arboribus cadavera alligata erant more Colchorum (-209.), inceſſerunt, nube a Iunone occultati, perveneruntque in regiam Aeetae artificiis egregie exornatam, in qua ſeparatos thalamos Aeetes atque liberi tenuerunt (-246.). Medea, tum a Iunone domi detenta, conſpectis Graecis, exclamavit, accurrit ejus ſoror, Chalciope, quae filios ſuos ex Phrixo reverſos ſalutavit (-268.); tandem Aeetes cum conjuge Idyia egreſſus, aulaque tumultu plena fuit (-274.). Acceſſerat jam Cupido, et ita vulnerabat Medeam, ut ardentiſſimo flagraret in Iaſonem amore (-298.). Epulis peractis, Aeetes nepotes ſuos interrogavit de cauſis reditus, et de hoſpitibus, quos adduxerint (-316.). Argus ei et ſua fata et hoſpitum conſilia, res, et nomina exponit (-366.). Quibus auditis, rex valde indignatus eſt (-381.), cujus acerbae orationi Iaſon blandius reſpondit (-395.). Itaque Aeetes, aliquantum mitigatus, propoſuit Iaſoni hanc conditionem, ut tauros ignivomos ſub jugum mitteret,

araret agrum, ſereret dentes ſerpentis, inde enatos viros armatos demeteret, atque ſic vellus auferret (-421.). Iaſon, quamquam haeſitans, accepit conditionem (-438.), reverſusque eſt cum comitibus (Phrixi tamen filiis praeter Argum in regia manentibus) ad navem; Chalciope et Medea in thalamos ſuos redierunt (-452.). Et Medea quidem nil niſi Iaſonem cogitabat, ejusque ſortem deplorabat (-471.). III. Iam Argus Iaſoni oſtendit, ſe Medeae perſuaſurum eſſe, ut veneficiis ipſum adjuvet (-488.). Iaſon autem ſociis, ad quos redierat, Aeetae conditiones expoſuit (-500.). Ex his complures ſe oſtenderunt ad certamen paratos eſſe, ſi Iaſon ſibi parum confiſus fuerit (-520.). At Argus monuit, primum per Chalciopen matrem ſuam tentandam ejus ſororem Medeam, veneficiorum peritam, an adeſſe voluerit (-539.). Laeto augurio cognito, Mopſo auctore, aſſenſerunt heroes, Phinei memores, qui in Venere ſpem eſſe ponendam docuerat (-555.); ſolo tamen Ida acriter adverſante (-565.). Remiſſo igitur Argo in urbem, Argonautae navem ad terram ſubduxerunt (-575.). IV. Aeetes, concilio Colchorum habito, non tantum graviſſimum ſupplicium indixit exteris latronibus, qui regno ipſum privare vellent, ſed populo etiam graviter minatus eſt, ni navem et nautas diligenter obſervarent (-608.). Argus vero matrem hortatus eſt, ut Medeam in partes ipſorum pertraheret; quam quidem puellam dormitantem ſomnia exagitabant de Iaſone (-630.). E quibus excitata, atque metuens quae eventura eſſent, abire in thalamum ſororis Chalciopae conata, pudore tamen impedita eſt (-664.). Eam cum flentem in lecto jacere vidiſſet ancilla, haec nunciavit Chalciopae, quae ſtatim in ſororis thalamum abiit (-673.). Medea, de luctus cauſa a ſorore interrogata, ſimulavit ſe metuere ipſius ſororis filiis propter horrenda ſomnia (-694.). Chalciope igitur petiit, ut opem ferret ipſius liberis; Medea promiſit (-717.). Chalciope porro ejus opem Iaſoni expetit ad certamen, non denegat Medea, ipſa laetata (-738.). Nocte in-

N

δούρασί τ' ἀμφιγύοις, κορύθεσσί τε λαμπομένῃσιν
Ἄρηος τέμενος φθισιμβρότου· ἵκετο δ' αἴγλη
νειόθεν Οὔλυμπόνδε δι' ἠέρος ἀστράπτουσα.
ὡς δ' ὁπότ' ἐς γαῖαν πολέος νιφετοῖο πεσόντος
ἂψ ἀπὸ χειμερίας νεφέλας ἐκέδασσαν ἀῆται
λυγαίῃ ὑπὸ νυκτὶ, τὰ δ' ἀθρόα πάντ' ἐφαάνθη
τείρεα λαμπετόωντα διὰ κνέφας· ὣς ἄρα τοί γε
λάμπον ἀναλδήσκοντες ὑπὲρ χθονός. αὐτὰρ Ἰήσων
μνήσατο Μηδείης πολυκερδέος ἐννεσιάων·
λάζετο δ' ἐκ πεδίοιο μέγαν περιηγέα πέτρον,

1350. Ol. ἐμπλήσατο. 1355. Ol. φρῖξαν. Codd. duorum auctor. correxit Br. 1356. λαμπομένῃσιν cum Vr. et Br. pro vulg. λαμπομένοισιν. 1360. Ol. ἄελλαι. 1361. Ol. πάντα φαάνθη. 1364. in uno Vat. deeſt.

flexitque genua levia, et magnum implevit animum
robore, impetu apro ſimilis, qui quidem dentes
acuit in venatores, undique autem multa
ſpuma de ore in terram defluit iracundi.
jamque per omne progerminaverant arvum
Terrigenae: horrebatque undique validis ſcutis,
et haſtis utrimque acutis, galeisque ſplendentibus
Martis lucus hominum interfectoris: venitque ſplendor
ab imo in Olympum uſque per aërem coruſcans.
ut vero in terram multa nive delapſa,
iterum hibernas nubes diſſipant procellae
atra ſub nocte, atque conferta omnia apparent
aſtra ſplendentia per tenebras: ſic illi
fulgebant excreſcentes ſuper terram. at Iaſon
memor fuit Medeae callidiſſimae monitorum:
arripuitque e campo magnum rotundum ſaxum,

δεινὸν Ἐνυαλίου σόλον Ἄρεος· οὔ κέ μιν ἄνδρες
αἰζηοὶ πίσυρες γαίης ὑπὸ τυτθὸν ἄειραν.
τόν ῥ' ἀνὰ χεῖρα λαβὼν μάλα τηλόθεν ἔμβαλε μέσσοις
ἀΐξας· αὐτὸς δ' ὑφ' ἑὸν σάκος ἕζετο λάθρη
θαρσαλέως. Κόλχοι δὲ μέγ' ἴαχον, ὡς ὅτε πόντος
ἴαχεν ὀξείῃσιν ἐπιβρομέων σπιλάδεσσι·
τὸν δ' ἕλεν ἀμφασίη ῥιπῇ στιβαροῖο σόλοιο
Αἰήτην. οἱ δ', ὥστε θοοὶ κύνες, ἀμφιθορόντες
ἀλλήλους βρυχηδὸν ἐδήϊον· οἱ δ' ἐπὶ γαῖαν
μητέρα πῖπτον ἑοῖς ὑπὸ δούρασιν, ἠΰτε πεῦκαι
ἢ δρύες, ἅς τ' ἀνέμοιο καταΐκες δονέουσιν.
οἷος δ' οὐρανόθεν πυρόεις ἀναπάλλεται ἀστήρ,
ὁλκὸν ὑπαυγάζων, τέρας ἀνδράσιν, οἵ μιν ἰδῶνται
μαρμαρυγῇ σκοτίοιο δι' ἠέρος ἀΐξαντα·
τοῖος ἄρ' Αἴσονος υἱὸς ἐπέσσυτο Γηγενέεσσι.

1367. Ol. ἀπὸ τ. 1378. Codd. nonn. ἴδονται.

ingentem Enyalii diſcum Martis: non eum viri
juvenes quatuor e terra vel paullulum ſuſtuliſſent.
eum igitur manu correptum admodum procul injecit in medios
ſaliens: ipſe vero ſub ſuo ſcuto ſedit clam
audacter. Colchi autem valde inclamarunt, ut quando mare
reboat acutis infremens ſcopulis.
ſed cepit ſtupor, propter jactum validi diſci,
Aeeten. illi, ut veloces canes, circumſilientes
ſe mutuo cum fremitu interemerunt: alii in terram
matrem ceciderunt ſuis ſub haſtis, velut piceae
aut quercus, quas venti turbines evertunt.
qualis autem coelitus rutila fertur ſtella
tractum colluſtrans, portentum hominibus, qui eam viderint
cum ſplendore obſcurum per aërem ruere:
talis Aeſonis filius irruit in Gigantes.

γυμνὸν δ' ἐκ κολεοῖο φέρε ξίφος· οὖτα δὲ μίγδην,
ἀμώων, πολέας μὲν ἔτ' ἐς νηδὺν λαγόνας τε
ἡμίσεας ἀνέχοντας ἐς ἠέρα· τοὺς δὲ, καὶ ἄχρις
ὤμων τελλομένους· τοὺς δὲ, νέον ἑστηῶτας·
τοὺς δ', ἤδη καὶ ποσσὶν ἐπειγομένους ἐς ἄρηα.
ὡς δ' ὁπότ', ἀμφ' οὔροισιν ἐγειρομένου πολέμοιο,
δείσας γειομόρος, μή οἱ προτάμωνται ἀρούρας,
ἅρπην εὐκαμπῆ νεοθηγέα χερσὶ μεμαρπὼς,
ὠμὸν ἐπισπεύδων κείρει στάχυν, οὐδὲ βολῇσι
μίμνει ἐς ὡραίην τερσήμεναι ἠελίοιο·
ὡς τότε Γηγενέων κεῖρε στάχυν· αἵματι δ' ὁλκοὶ
ἠΰτε κρηναῖαι ἀμάραι πλήθοντο ῥοῇσι.
πίπτον δ', οἱ μὲν ὀκλὰξ, τετρηχότα βῶλον ὀδοῦσι
λαζόμενοι πρηνεῖς· οἱ δ', ἔμπαλιν· οἱ δ', ἐπ' ἀγοστῷ
καὶ πλευροῖς, κήτεσσι δομὴν ἀτάλαντοι ἰδέσθαι.

1381. Al. οὖτα. 1384. τελλομένους cum Vr. 3. Vatt. et Br. codd. pro vulg. στελλομένους. 1385. Deeſt in 2. Vatt. 1393. ὀκλὰξ ex Abreſch. conject. recepit Br. pro vulg. ὀδάξ.

nudum e vagina extraxit enſem, vulneravitque promiſcue,
demetens, multos quidem tantum ad ventrem et latera
dimidios exſtantes in aërem: alios etiam uſque
ad humeros prominentes: alios modo ſtantes:
alios jam etiam pedibus properantes in pugnam.
ut vero, quando ſuper finibus excitatur bellum,
veritus agricola, ne (hoſtes) ipſi praemeterent ſegetes,
falce incurva recens acuta manibus arrepta
immaturam feſtinans metit ſpicam, neque ut radiis,
exſpectat ad aeſtatem uſque, ſiccentur ſolis:
ſic tum Terrigenarum deſecuit ſegetem: ſanguine autem ſulci,
ut fontani aquaeductus rivis, pleni erant.
conciderunt autem alii in genua, aſperam glebam dentibus
corripientes proni: alii retro: alii in cubitum
et latera, cetis corporis ſtructura ſimiles viſendi.

πολλοὶ δ' οὐτάμενοι, πρὶν ὑπὸ χθονὸς ἴχνος ἀεῖραι,
ὅσσον ἄνω προὔτυψαν ἐς ἠέρα, τόσσον ἔραζε
βριθόμενοι πλαδαροῖσι καρήασιν ἠρήρειντο.
ἔρνεά που τοίως, Διὸς ἄσπετον ὀμβρήσαντος,
φυταλιῇ νεόθρεπτα κατημύουσιν ἔραζε
κλασθέντα ῥίζηθεν, ἀλωήων πόνος ἀνδρῶν·
τὸν δὲ κατηφείη τε καὶ οὐλοὸν ἄλγος ἱκάνει
κλήρου σημαντῆρα φυτοτρόφον· ὡς τότ' ἄνακτος
Αἰήταο βαρεῖαι ὑπὸ φρένας ἦλθον ἀνῖαι.
ἤιε δ' ἐς πτολίεθρον ὑπότροπος ἄμμιγα Κόλχοις,
πορφύρων, ᾗ κέ σφι θοώτερον ἀντιόωτο.
ἦμαρ ἔδυ καὶ τῷ τετελεσμένος ἦεν ἄεθλος.

1399. Codd. nonn. ὀμβρίσαντος. Etiam in ἔρνεα — Διὸς codd. variant. 1401. Codd. nonn. κλινθέντα. 1406. Vulg. ἢ κέ σφι. Codd. praeeuntibus Br. correxit.

multi autem vulnerati, priusquam a terra pedem tollerent,
quantum ſurſum emerſerant in auras, tantum in terram
gravati madidis capitibus figebantur.
plantae tali fere modo, Iove affatim pluente,
in loco plantis conſito nuper nutritae declinantur in terram
fractae radicitus, olitorum labor virorum:
ipſum vero triſtitia et acerbus dolor invadit
fundi poſſeſſorem, qui plantas aluit: ſic tum regis
Aeetae graves animum ſubierunt dolores.
abiit vero in urbem reverſus ſimul cum Colchis,
meditans, qua ratione ipſis acrius adverſaretur
dies occidit, atque illi peractus erat labor.

ARGVMENTVM LIBRI QVARTI.

Invocata Muſa (1-5.) narrat poëta, Aeeten indignatum ſenſiſſe, non ſine filiarum ope Iaſonem perfeciſſe laborem (-10.), Iunonem autem Medeae non modo maximum injeciſſe metum (-19.), verum et impuliſſe eam, ut ex patria domo aufugeret; id quod Medea noctu celeriter, clam cuſtodibus, fecit (-53.), Luna quoque gaudente (-65.). Vbi ad fluvium acceſſit puella, evocavit Phrontin (-75.), et ab eo atque Argo excepta, petiit, ut celeriter ſecum aufugerent, promiſitque ſe, ſopito dracone, vellus daturam eſſe (-91.). Iaſon contra juravit, ſe, in Graeciam reverſum, eſſe ipſam uxorem ducturum (-98.). Puellae hortatu ſtatim ad ſacrum lucum navigarunt (-108.), quo ſub crepuſculum matutinum pervenerunt (-126.). Serpentem, qui horrendum ſibilabat et in orbes convolvebatur, Medea ſopivit (-161.), ita ut deripere vellus de quercu Iaſon poſſet, pulcherrimum illud, quocum celeriter abiit (-182.). Iaſon ſocios jubet Medeam colere, tanquam ſalutis auctorem, abitumque quam celerrime parare, cui monito ita paruerunt, ut remis navem e fluvio propellerent (-211.). II. Aeetes enim et Colchi, facinore Medeae cognito, concionem armati habuerunt (-227.), et rex quidem diriſſima populo minatus eſt, niſi puella reduceretur (-235.). Colchi igitur eo ipſo die claſſe perſecuti ſunt Argonautas, qui tertio die ad Paphlagoniae littus appulerant, ubi Hecaten ſacris venerati ſunt (-252.). Iaſon memor fuit oraculorum Phinei, qui alia via redeundum eſſe cecinerat, ſed viae ignarus erat (-256.). Argus ex tabulis ſacerdotum monſtrat curſum ad Iſtrum dirigendum eſſe (-293.), cui accepto laeto omine aſſentiuntur, et relicto in Paphlagonia Lyci filio pergunt ea via (-302.). Colchi alii per Cyaneas rupes penetrarunt, alii autem, Abſyrto duce, praeverterunt Argonautas, et in Ionium ſinum pervenerunt (-308.), et quum variis locis jam vias intercludere conati eſſent, tandem in Neſtide terra parum

aberat, quin praelium committeretur (-337.), niſi pacti eſſent, ut vellus illis maneret, ſed Medea in Dianae inſula deponeretur, ut aliquis regum judicaret, utrum oporteret eam ad patrem reverti, an in Graeciam abduci (-350.). Tum Medea multum oravit Iaſonem, ne dederetur (-390.), voluitque vel navem incendere (-394.). Iaſon contra oſtendit, nec ſibi eam ſententiam eſſe, ut ipſa dedatur, ſed pacto inito quaeri dilationem pugnae et dolum aliquem (-410.). Ipſa igitur Medea auctore, Abſyrto inſidiae ſunt ſtructae: hic eximiis donis ornabatur (-435.), illa ſe abduci paſſa eſt in Dianae inſulam; quam cum temere Abſyrtus ingreſſus eſſet, Iaſon ex inſidiis prorumpens eum occidit (-481.), tum et Colchos, Abſyrtum comitatos in inſulam, eorum navem aggreſſi, peremerunt, nec quisquam effugit (-492.). Pelei ſententia probata profecti ſunt Argonautae attigeruntque Electridem inſulam (-506.). Colchi, cognita Abſyrti caede, perſecuti ſunt Argonautas, ſed partim fulminibus territi, partim Aeetae iram veriti, inſulas frequentarunt, quas antea tenuerant heroes, quaeque ab Abſyrto cognominatae ſunt, prope Illyriam (-522.). III. Argonautae poſtea ad Hyllenſium terram appulerunt, qui tripode accepto eos adjuverunt (-529.). Inſeritur epiſodium de duobus tripodibus Iaſoni ab Apolline datis (-534.), deque Hyllo, Herculis filio (-551.). Iupiter autem iratus expiari caedem Abſyrti per Circen voluit, ſed antea multa perpeti Argonautas. Hi igitur Liburnides inſulas reliquerunt (-565.), Corcyram venerunt (-572.), Melitam, Ceroſum, Nymphaeam, ubi Calypſo habitabat, praetervecti ſunt (-575.). Iuno autem, tum Iovis conſiliis intellectis, ſollicita excitavit procellas, quae abigerent illos ad Electrida inſulam (-580.). Hic lignum illud, quod Minerva mediae navi impoſuerat, humanam vocem edidit, et oſtendit, non evaſuros eſſe, niſi Circe ipſos luſtraſſet (-591.). Navis penetravit in ſinum Eridani (inſeritur fabula de Phaëthonte et ejus ſororibus -618.), hinc Rhodanum trajecerunt, qui illabitur in Eridanum, in-

deque pervenerunt in paludes Celticae terrae, ubi interituri fuiſſent, niſi Iuno ex Hercynio ſcopulo monuiſſet (-642.). Reverſi igitur per multas Celtorum et Ligurum gentes evaſerunt in Stoechadas inſulas (-653.), indeque in Aethaliam, tum per mare Auſonium ad Aeaeae portum (-661.). IV. Ibi *Circen* invenerunt, marinis aquis caput abluentem, propter ſomnium (-671.). Incolis illorum locorum corpora fuerunt ex humanis et ferinis compoſita (-681.). Iaſon et Medea Circen ſecuti ſunt in ejus aedes, ubi Circe ſtatim agnovit caedem eſſe expiandam (-699.). Itaque luſtratione peracta (-717.), Circe interrogavit de navigatione, cognovitque ex Medea omnia (-738.), cui denegavit ſuam opem, ſed fugam ſuaſit (-746.). Itaque ex regia Circes exierunt (-752.). V. Iuno autem Iridem miſit ad Thetidem; eam arceſſitum, et ad Vulcanum, quem deſiſtere juberet a labore, donec Argo praetervecta fuerit, et ad Aeolum, ut is omnes ventos, praeter Zephyrum, cohiberet (-769.). Haec illa mandata perfecit (-779.). Thetis igitur Iunonem convenit; quae, commemoratis ſuis in eam beneficiis, additisque promiſſis, oravit Thetidem, ut efficeret, ne vel ad Charybdin, vel ad Scyllam allideret navis, verum ſalva transiret (-832.). Promiſit Thetis, abiit. Nereides ſorores in auxilium adhibuit, et ad Aeaeum littus Tyrrhenae terrae profecta, monuit Peleum maritum, ut ne diutius morarentur, ſed mane ſolverent (-865.). Epiſodion additur de cauſa irae Thetidis in maritum, quem deſeruerat (-879.). VI. Argonautae igitur primo mane ſolverunt, neque ita multo poſt Sirenum inſulam viderunt (-891.), de quarum ortu et indole exponitur (-901.). Allexiſſent illae etiam Argonautas, niſi Orpheus Sirenum vocem citharae cantu viciſſet (-909.). Vnus *Butes* ita earum voce delinitus eſt, ut in mare inſiliret, ſed Venus eum ſervavit (-919.). Tum ad Charybdin, Scyllam, Planctasque pervenerunt, et per has quidem rupes Thetidis et Nereidum ope incolumes vecti ſunt, mirantibus ipſis diis (-967.). Praetervecti igitur ſunt

Trinacriae pratum, in quo Solis boves paſcebantur (-979.), et ad Phaeaces pervenerunt in Drepanen inſulam (-992.), benigne ab Alcinoo et populo excepti (-1000.). VII. Eodem vero etiam Colchi, qui per Pontum et Cyaneas petras profecti erant, venerunt, et poſtularunt dedi ſibi Medeam. Sed a praelio Alcinous eos cohibuit (-1010.). Tum Medea Aretae, uxori Alcinoi, ſupplex facta eſt, ne Colchis traderetur (-1029.), ſimilibusque precibus adiit ipſos Argonautas, quorum quisque bono eam animo eſſe juſſit (-1057.). Nox tamen Medeae inſomnis fuit (-1067.). Per illam noctem Alcinous et Arete de puella deliberabant, et Arete quidem maritum multis verbis hortata eſt, ne Medeam Colchis dederet (-1095.). Alcinous reſpondit, ſe Medeam, ſi virgo ſit, redditurum patri, ſi vero ex Iaſone gravida fuerit, defenſurum (-1110.). Arete eam ſententiam Iaſoni per praeconem nunciari juſſit (-1120.). Itaque heroës Medeae torum inſtruxerunt in ſacro antro, ubi antea Macris, filia Ariſtaei, habitaverat, impoſita aurea pelle, et Nymphis flores afferentibus, quas quidem Nymphas Iuno adeſſe juſſerat, et Orpheo ſociisque hymenaeum accinentibus (-1160.). Ita igitur Iaſon et Medea jam tum conjugium inierunt, non ſine metu, ut Alcinoi ſententia rata eſſet (-1169.). Aurora exorta Alcinous judicium de puella laturus erat, magna mulierum multitudine confluente, atque ille, cognitis nuptiis, defendere puellam adverſus Colchos decrevit (-1205.). Colchi igitur ad Aeeten reverti nolentes, petierunt, ut in inſulam reciperentur (-1216.). VIII. Donis acceptis die ſeptimo Drepana profecti ſunt Argonautae, et ſinu Ambracio, Curetum terra, atque Echinadibus inſulis relictis, jam Peloponneſum conſpiciebant, quum procella eos per mare Libycum novem diebus totidemque noctibus ageret, donec Syrtin attigiſſent, unde non eſt navibus reditus; aeſtusque ita eos ad littus appulit, ut exigua navis pars in aquis maneret (-1243.). Tum magna fuit Argonautis conſilii inopia, negavitque Ancaeus redi-

tum ſperari poſſe (-1276.); ingens exſiſtit luctus et heroum, et puellarum, quas Arete comites dederat Medeae (-1304.). Heroinae autem tres, praeſides Libyae, Argonautas ab interitu vindicarunt, Iaſone admonito (-1329.). Iaſon, veneratus deas, excitavit ſocios, expoſuitque eis vocem dearum obſcuram (-1363.). Cum vero repente e mari proſiluiſſet equus, hoc portentum et vocem dearum Peleus interpretatus ita eſt, ut juberet navem portari per terram ea via, qua equus inceſſerat (-1380.). Itaque per 12. dies totidemque noctes navem per deſerta Libyae portarunt ad Tritoniam paludem (-1392.), ſitique cruciati venerunt in ſacrum campum, ubi Ladon ſerpens aurea cuſtodierat mala, modo ab Hercule interfectus, et Heſperides erant (-1409.). Has Orpheus allocutus petiit, ut fontem monſtrarent (-1421.). *Aegle*, una Heſperidum, in ſalicem mutata Orpheo reſpondit, narravitque, heri adveniſſe aliquem (Herculem), qui, ſerpente necato, et malis ablatis, pede pulſaverit terram, prope paludem Tritoniam, ut aqua ebulliret (-1449.). Eum igitur fontem Argonautae adierunt (-1456.). Nonnulli autem exierunt Herculem inveſtigaturi, in his *Canthus*, qui Herculem de Polyphemo, Elati filio, interrogaturus erat (-1477.). Solus autem Lynceus Herculem procul conſpexit, ſignificavitque ſociis, neminem eum aſſecuturum eſſe (-1484.). *Canthus* autem a Cephauro, Apollinis nepote, occiſus eſt, cujus oves deinde Argonautae abegerunt (-1501.). Sed *Mopſus*, a ſerpente vulneratus, periit (-1537.). IX. Navem ingreſſi non potuerunt e Tritonia palude exire; itaque Orpheus alterum Apollinis tripodem juſſit diis indigenis donari (1550). Tum *Triton* iis apparuit, a quo porrectam glebam *Euphemus* accepit, cognovitque, quibus locis enavigandum ſit; Triton cum tripode rediit in paludem (-1591.). Ove autem mactata, precibusque factis, iterum apparuit, et navem in mare deduxit. (-1619.). Poſt aliquot dierum iter venerunt in inſulam Carpathum, inde in Cretam trajecturi, quo tamen appellere *Talus*, Cretae cuſtos,

vetuit (-1650.). Medea vero promiſit, ſe ſubacturam eſſe Talum, quanquam uno tantum loco vulnerari poterat, promiſſisque venefica ſtetit (-1688.). Ita igitur pernoctare in inſula heroës potuerunt, et mane ſanum Minervae exſtruxerunt (-1691.). X. Exorta navigantibus atra caligine Iaſon Phoebi opem imploravit, qui arcum ſplendentem extulit, ita ut unam e Sporadibus inſulam conſpicerent, quam adirent, Anaphen, ubi ſacra Apollini fecerunt (-1730.). Ibi vero Euphemus, ſomni memor, et monitu Iaſonis, glebam a Tritone acceptam in mare projecit, unde exſtitit inſula Calliſte, poſtea Therae dicta, quam Euphemi poſteri occuparunt (-1764.). Inde Aeginam venerunt, atque, nullo alio periculo defuncti, ad Pagaſaea littora reverſi ſunt (-1781.).

ἈΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ῬΟΔΙΟΥ
ἈΡΓΟΝΑΥΤΙΚΩΝ
ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

Αὐτὴ νῦν κάματόν γε, θεὰ, καὶ δήνεα κούρης
Κολχίδος ἔννεπε, Μοῦσα, Διὸς τέκος. ἦ γάρ ἔμοιγε
ἀμφασίῃ νόος ἔνδον ἑλίσσεται, ὁρμαίνοντι,
ἠέ μιν ἄτης πῆμα δυσίμερον, ἦ τό γ᾽ ἐνίσπω
φύζαν ἀεικελίην, ᾗ κάλλιπεν ἔθνεα Κόλχων.
Ἤτοι ὁ μὲν δήμοιο μετ᾽ ἀνδράσιν, ὅσσοι ἄριστοι,
παννύχιος δόλον αἰπὺν ἐπὶ σφίσι μητιάασκεν
οἷσιν ἐνὶ μεγάροις, στυγερῷ ἐπὶ θυμὸν ἀέθλῳ
Αἰήτης ἄμοτον κεχολωμένος· οὐδ᾽ ὅγε πάμπαν
θυγατέρων τάδε νόσφιν ἑῶν τελέεσθαι ἐώλπει.
Τῇ δ᾽ ἀλεγεινότατον κραδίῃ φόβον ἔμβαλεν Ἥρη·

APOLLONII RHODII
ARGONAVTICORVM
LIBER QVARTVS.

Ipſa nunc laborem, dea, et conſilia puellae
Colchicae dic, Muſa, Iovis filia. profecto enim mihi
fluctuans animus intus volvitur, dubitanti,
utrum ipſum (laborem) malum ingratum, an hoc dicam,
fugam indignam, qua deſeruit gentes Colchorum.
Iam ille quidem cum populi viris, quotquot praeſtantiſſimi erant,
per totam noctem dolum gravem in iſtos (Argonautas) meditabatur
ſuo in palatio, inviſum animo propter certamen
Aeetes valde iratus: neque ille omnino
ſine filiabus haec ſuis peracta eſſe exiſtimaverat.
Huic autem (Medeae) graviſſimum animo metum injecit, Iuno;

τρέσσεν δ', ἠΰτε τις κούφη κεμὰς, ἥν τε βαθείης
τάρφεσιν ἐν ξυλόχοιο κυνῶν ἐφόβησεν ὁμοκλή.
αὐτίκα γὰρ νημερτὲς ὀίσσατο, μή μιν ἀρωγὴν
ληθέμεν, αἶψα δὲ πᾶσαν ἀναπλήσειν κακότητα.
τάρβει δ' ἀμφιπόλους ἐπιΐστορας· ἐν δέ οἱ ὄσσε
πλῆτο πυρὸς, δεινὸν δὲ περιβρομέεσκον ἀκουαί.
πυκνὰ δὲ λαυκανίης ἐπεμάσσατο, πυκνὰ δὲ κουρὶξ
ἑλκομένη πλοκάμους γοερῇ βρυχήσατ' ἀνίῃ.
καί νύ κεν αὐτοῦ τῆμος ὑπὲρ μόρον ὤλετο κούρη,
φάρμακα πασσαμένη, Ἥρης δ' ἀλίωσε μενοινὰς,
εἰ μή μιν Φρίξοιο θεὰ σὺν παισὶ φέβεσθαι
ὦρσεν ἀτυζομένην· πτερόεις δέ οἱ ἐν φρεσὶ θυμὸς
ἰάνθη· μετὰ δ' ἥγε παλίσσυτος ἀθρόα κόλπων

12. βαθέης cum Vatt. Br. Ol. βαθέης. 14. Ol. ὀΐσατο. Correxit Br., quocum Vr. Vatt. conſpirant. 17. E Vr. Vatt. duobus et al. codd. dedi πλῆτο, pro vulg. πλῆντο. 18. Codd. nonn. λευκανίης. ἐπεμάσσατο cum Br. Vrat. Ol. ἐπεμάσσετο. 20. Ol. ὑπέρμορον. Dividunt et Vrat. Vatt. 24. Ol. κόλπον. In Vrat. Vatt. ut cum Br. edidi.

trepidavitque, velut levis quaedam dama, quam profundi
in dumetis nemoris canum exterruit latratus.
ſtatim enim vere opinata eſt, non illum (patrem) auxilium
latere, moxque omnem completurum eſſe miſeriam (graviſſime ulturum).
metuit autem ancillas rei conſcias: implebantur ei oculi
igne, et horrendum circumſonabant aures.
ſaepe jugulum contrectavit, ſaepe a capite
detractis capillis lugubri ejulavit moerore.
atque ſane ibi tum, quod non in fatis erat, periiſſet puella
veneno deguſtato, Iunonisque vana reddidiſſet conſilia,
niſi eam Phrixi cum filiis fugere
impuliſſet metuentem: alatus autem ei intus animus
reficiebatur: atque ea mutato conſilio confeſtim e ſinu

φάρμακα πάντ' ἄμυδις κατεχεύατο φωριαμοῖο.
κύσσε δ' ἑόν τε λέχος, καὶ δικλίδας ἀμφοτέρωθε
σταθμοὺς, καὶ τοίχων ἐπαφήσατο, χερσί τε μακρὸν
ῥηξαμένη πλόκαμον, θαλάμῳ μνημήϊα μητρὶ
κάλλιπε παρθενίης, ἀδινῇ δ' ὀλοφύρατο φωνῇ·
„Τόνδε τοι ἀντ' ἐμέθεν ταναὸν πλόκον εἶμι λιποῦσα,
μῆτερ ἐμὴ, χαίροις δὲ καὶ ἄνδιχα πολλὸν ἰούσῃ·
χαίροις Χαλκιόπη, καὶ πᾶς δόμος.— αἴθε σε πόντος,
ξεῖνε, διέρραισε, πρὶν Κολχίδα γαῖαν ἱκέσθαι.“
Ὣς ἄρ' ἔφη· βλεφάρων δὲ κατ' ἀθρόα δάκρυα χεῦεν.
οἵη δ' ἀφνειοῖο διειλυσθεῖσα δόμοιο
ληϊὰς, ἥν τε νέον πάτρης ἀπενόσφισεν αἶσα,
οὐδέ νύ πω μογεροῖο πεπείρηται καμάτοιο,
ἀλλ' ἔτ' ἀηθέσσουσα δύης, καὶ δούλια ἔργα
εἶσιν ἀτυζομένη χαλεπὰς ὑπὸ χεῖρας ἀνάσσης·
τοίη ἄρ' ἱμερόεσσα δόμων ἐξέσσυτο κούρη.

26. Ol. κῦσε — ἀμφοτέρωθεν. 33. Ol. διέρραισεν. 36. νέον codd. et edd. vett. In Baſ. Hoelzl. Ox. νέην. 37. Ox. οὐ δὲ νύ πω.

venena omnia una defudit in arculam.
oſculata autem eſt et lectum ſuum et bifores utrimque
poſtes, et parietes contrectavit, et manibus longum
avulſum cincinnum in thalamo monumentum matri
reliquit virginitatis, lugubrique lamentata eſt voce:
„Hoc tibi pro me longo cirro abibo relicto,
mater mea, valeas mihi procul digreſſae:
vale Chalciope, omnisque domus.— utinam te mare,
hoſpes, perdidiſſet, priusquam in Colchidem venires!“
Sic dixit: et a palpebris plurimas lacrimas effudit.
qualis vero opulenta clam egreſſa domo
captiva puella, quam nuper e patria abſtulit fatum,
neque unquam aerumnoſum experta eſt laborem,
ſed adhuc inſueta miſeriae atque ſervilia opera
horrens ſubit duras manus dominae:
talis quidem amabilis ex aedibus exiit puella.

τῇ δὲ καὶ αὐτόματοι θυρέων ὑπόειξαν ὀχῆες,
ὠκείαις ἄψορροι ἀναθρώσκοντες ἀοιδαῖς.
γυμνοῖσι δὲ πόδεσσιν ἀνὰ στεινὰς θέεν οἴμους,
λαιῇ μὲν χερὶ πέπλον ἐπ' ὀφρύσιν ἀμφὶ μέτωπα
στειλαμένη καὶ καλὰ παρήϊα, δεξιτερῇ δὲ
ἄκρην ὑψόθι πέζαν ἀερτάζουσα χιτῶνος.
καρπαλίμως δ' ἀΐδηλον ἀνὰ στίβον ἔκτοθι πύργων
ἄστεος εὐρυχόροιο φόβῳ ἵκετ'· οὐδέ τις ἔγνω
τήνδε φυλακτήρων, λάθε δὲ σφέας ὁρμηθεῖσα.
ἔνθεν ἴμεν νηόνδε μάλ' ἐφράσατ'· οὐ γὰρ ἄϊδρις
ἦεν ὁδῶν, θαμὰ καὶ πρὶν ἀλωμένη ἀμφί τε νεκροὺς,
ἀμφί τε δυσπαλέας ῥίζας χθονὸς, οἷα γυναῖκες
φαρμακίδες· τρομερῷ δ' ὑπὸ δείματι πάλλετο θυμός.
τὴν δὲ νέον Τιτηνὶς ἀνερχομένη περάτηθεν
φοιταλέην ἐσιδοῦσα θεὰ ἐπεχήρατο Μήνη

42. In Vrat. et Vindob. ἀοιδῆς. 43. Ol. γυμνοῖσιν. Etiam 2. Vatt. γυμνοῖσι. 50. Ol. ἔνθ' ἐνὶ μὲν ν. Id, vel ἔνθ' ἄρα νηὸν μὲν μάλ' ἐφράσσατο, codd. exhibent. Correxit jam Hartung.

ei etiam ſponte ſua ceſſerunt forium vectes,
celeribus retrorſum reſilientes incantationibus.
nudis autem pedibus per anguſtas cucurrit vias,
ſiniſtra manu peplo ſuperciliis circa frontem
impoſito et pulchras genas: dextra vero
extremam in altum oram tollens tunicae.
celeriter vero obſcuram in ſemitam extra muros
urbis ſpatioſae prae metu venit: neque quis agnovit
eam cuſtodum, immo latuit illos profecta.
inde abire ad templum maxime conſtituit: neque enim inſcia
erat viarum, frequenter etiam antea pervagata et circa cadavera
et circa difficiles (nocentes) radices terrae, uti mulieres
veneficae ſolent: trepido vero pavore agitabatur animus.
eam vero *Titania* modo rediens a meta
errantem conſpicata dea laetabatur *Luna*

ἀρπαλέως, καὶ τοῖα μετὰ φρεσὶν ἥσιν ἔειπεν·
„Οὐκ ἄρ' ἐγὼ μούνη μετὰ Λάτμιον ἄντρον ἀλύσκω,
οὐδ' οἴη καλῷ περιδαίομαι Ἐνδυμίωνι·
ἦ θαμὰ δὴ καὶ σεῖο κίον δολίῃσιν ἀοιδαῖς,
μνησαμένη φιλότητος, ἵνα σκοτίῃ ἐνὶ νυκτὶ
φαρμάσσῃς εὔκηλος, ἅ τοι φίλα ἔργα τέτυκται.
νῦν δὲ καὶ αὐτὴ δῆθεν ὁμοίης ἔμμορες ἄτης·
δῶκε δ' ἀνιηρόν τοι Ἰήσονα πῆμα γενέσθαι
δαίμων ἀλγινόεις. ἀλλ' ἔρχεο, τέτλαθι δ' ἔμπης,
καὶ πινυτή περ ἐοῦσα, πολύστονον ἄλγος ἀείρειν.“
Ὣς ἄρ' ἔφη· τὴν δ' αἶψα πόδες φέρον ἐγκονέουσαν.
ἀσπασίως δ' ὄχθῃσιν ἐπηέρθη ποταμοῖο,
ἀντιπέρην λεύσσουσα πυρὸς σέλας, ὅ ῥά τ' ἀέθλου
παννύχιοι ἥρωες ἐϋφροσύνῃσιν ἔδαιον.

57. Br. non monito lectore edidit κατὰ Λ. Codd. ſervant μετά. 59. δολίῃσιν cum Vrat. et Br. pro vulg. δολίαισιν, ſed σεῖο cum plerisque codd. retinui. Brunk e paucis σῇσι Nonn. codd. κύων. Vulg. κύον. Sed ita verbum deeſt. Itaque recepi Ruhnk. emend. κίον. 63. Duo Vatt. ἀνιηρόν τι. 64. Pierſ. conj. οἴχεο. 68. Codd. nonn. λεύσουσα. Mox ol. vulg. ὁρρά.

cupide, atque ſic ſecum dixit:
„Non igitur ego ſola *Latmium* antrum adeo,
neque ſola amore pulchri excrucior *Endymionis.*
profecto ſaepe tuis abii doloſis incantationibus
recordata amoris, ut caliginoſa nocte
venena parares quieta, quae tibi grata ſunt opera.
nunc vero etiam ipſa ſimile ſortita es malum:
effecit autem, ut Iaſon tibi triſti cruciatui eſſet,
deus acerbus. at vade, ſuſtine tamen,
quanquam callida es, graviſſimum dolorem ſubire.“
Sic dixit: eam celeriter pedes auferebant propeꝛrantem.
et cupide ripas conſcendit fluvii,
ex adverſo conſpiciens ignis jubar, quem ob certaminis
laetitiam (certamine peracto laetati) per totam noctem heroës incenderant.

ὀξείῃ δ' ἤπειτα διὰ κνέφας ὄρθια φωνῇ
ὁπλότατον Φρίξοιο περαιόθεν ἤπυε παίδων,
Φρόντιν· ὁ δὲ ξὺν ἑοῖσι κασιγνήτοις ὄπα κούρης
αὐτῷ τ' Αἰσονίδῃ τεκμαίρετο· σῖγα δ' ἑταῖροι
θάμβεον, εὖτ' ἐνόησαν ὃ δὴ καὶ ἐτήτυμον ἦε.
τρὶς μὲν ἀνήϋσε, τρὶς δ', ὀτρύνοντος ὁμίλου,
Φρόντις ἀμοιβήδην ἀντίαχεν· οἱ δ' ἄρα τείως
ἥρωες μετὰ τήνγε θοοῖς ἐλάασκον ἐρετμοῖς.
οὔ πω πείσματα νηὸς ἐπ' ἠπείροιο περαίης
βάλλον, ὁ δὲ κραιπνοὺς χέρσῳ πόδας ἧκεν Ἰήσων
ὑψοῦ ἀπ' ἰκριόφιν· μετὰ δὲ Φρόντις τε καὶ Ἄργος,
υἷε δύω Φρίξου, χαμάδις θόρον· ἡ δ' ἄρα τούς γε,
γούνων ἀμφοτέρῃσι περισχομένη, προσέειπεν·
„Ἔκ με, φίλοι, ῥύσασθε δυσάμμορον, ὣς δὲ καὶ αὐτοὺς
ὑμέας, Αἰήταο· πρὸ γάρ τ' ἀναφανδὰ τέτυκται
πάντα μάλ', οὐδέ τι μῆχος ἱκάνεται. ἀλλ' ἐνὶ νηΐ

73. Br. τεκμήρατο, quod temporum rationem poſtulare cenſet. 77. ἐλάασκον cum Vr. 2. Vatt. et al. codd. Ol. ἐλάεσκον. Nonn. codd. τήνδε. 80. Ol. ἐπ' ἰκρ. 85. Ne monito quidem lectore, ſed recte, Br. dedit ἐνὶ ν. pro vulg. ἐπὶ ν.

acuta deinde per tenebras vehementer voce
minimum natu Phrixi filiorum ex oppoſito vocavit,
Phrontin: ille cum ſuis fratribus vocem puellae eſſe,
et cum ipſo Iaſone, conjecit: tacite vero ſocii
ſtupebant, ubi ſenſerant, quod etiam verum erat.
ter quidem exclamavit, ter, hortante coetu,
Phrontis viciſſim reclamavit: interea vero
heroës ad eam celeriter remigabant.
nondum retinaculis navis continenti oppoſitae
injectis, celeres in terram pedes immiſit *Iaſon*
alte ex tabulatis: poſt eum *Phrontis* et *Argus*,
filii duo *Phrixi*, in terram deſiluerunt: illa hos,
genua utraque manu amplexa, affata eſt:
„Eripite me, amici, miſeram, ſimulque etiam ipſos
Aeetae: etenim prodita ſunt
omnia omnino, neque ullum remedium ſupereſt; verum navi

φεύγωμεν, πρὶν τόνδε θοῶν ἐπιβήμεναι ἵππων.
δώσω δὲ χρύσειον ἐγὼ δέρος, εὐνήσασα
φρȣρὸν ὄφιν· τύνη δὲ θεȣ̀ς ἐνὶ σοῖσιν ἑταίροις,
ξεῖνε, τεῶν μύθων ἐπιΐςορας, ȣ̔́ς μοι ὑπέςης,
ποίησαι· μηδ' ἔνθεν ἑκαςέρω ὁρμηθεῖσαν
χήτεϊ κηδεμόνων ὀνοτὴν καὶ ἀεικέα θείης."
Ἴσκεν ἀκηχεμένη· μέγα δὲ φρένες Αἰσονίδαο
γήθεον· αἶψα δέ μιν περὶ γȣ́νασι πεπτηυῖαν
ἦκ' ἀναειρόμενος προσπτύξατο, θάρσυνέν τε·
„Δαιμονίη, Ζεὺς αὐτὸς Ὀλύμπιος ὅρκιος ἔςω,
Ἥρη τε Ζυγίη, Διὸς εὐνέτις, ἦ μὲν ἐμοῖσι
κȣριδίην σὲ δόμοισιν ἔνι θήσεσθαι ἄκοιτιν,
εὖτ' ἂν ἐς Ἑλλάδα γαῖαν ἱκώμεθα νοςήσαντες."
Ὣς ηὔδα, καὶ χεῖρα παρασχεδὸν ἤραρε χειρὶ
δεξιτερήν· ἡ δέ σφιν ἐς ἱερὸν ἄλσος ἀνώγει
νῆα θοὴν ἐλάαν αὐτοσχεδὸν, ὄφρ' ἔτι νύκτωρ

86. Br. ſine codd. τόν γε. 88. H. l. ἐνὶ pro vulg. ἐπὶ cum Vrat. 2. Vatt. et codd. Br. 91. Ol. χήτει. 96. Ol. ἐμοῖσιν. Br. et Vrat. ἐμοῖσι. 97. Cum Br. dedi: ἔνι θήσ. Codd. plerique, etiam Vrat. et 2. Vatt. ἐνιςήσεσθαι. Ol. vulg. ἐνιςήσασθαι.

fugiamus, priusquam iſte celeres conſcendat equos.
dabo vero ego vellus aureum, ſopito
cuſtode dracone: tu vero deos coram tuis ſociis,
hoſpes, tuorum teſtes promiſſorum
fac: neque hinc longius profectam
orbitate cognatorum vituperandam et infamem reddas."
Dixit triſtis: valde vero mens Iaſonis
laetata eſt: ſtatimque eam ad genua prolapſam
leniter ſublatam amplexus eſt et cohortatus:
„O bona, Iupiter ipſe Olympius teſtis eſto,
et Iuno Pronuba, Iovis conjux, me in meis
legitimam te aedibus ducturum eſſe uxorem,
quando in Graeciam reverſi fuerimus."
Sic dixit, et manum ſtatim inſeruit manui
dextram: illa eos in ſacrum lucum juſſit
navem celerem agere ſtatim, ut jam noctu

κῶας ἑλόντες ἄγοιντο παρὲκ νόον Αἰήταο.
ἔνθ' ἔπος ἠδὲ καὶ ἔργον ὁμοῦ πέλεν ἐσσυμένοισιν.
εἰς γάρ μιν βήσαντες, ἀπὸ χθονὸς αὐτίκ' ἔωσαν
νῆα· πολὺς δ' ὀρυμαγδὸς ἐπειγομένων ἐλάτῃσιν
ἦεν ἀριστήων· ἡ δ' ἔμπαλιν ἀΐσσουσα
γαίῃ χεῖρας ἔτεινεν ἀμήχανος. αὐτὰρ Ἰήσων
θάρσυνέν τ' ἐπέεσσι, καὶ ἴσχανεν ἀσχαλόωσαν.
Ἦμος δ' ἀνέρες ὕπνον ἀπ' ὀφθαλμῶν ἐβάλοντο
ἀγρόται, οἵ τε κύνεσσι πεποιθότες οὔ ποτε νύκτα
ἄγχαυρον κνώσσουσιν, ἀλευάμενοι φάος ἠοῦς,
μὴ πρὶν ἀμαλδύνῃ θηρῶν στίβον, ἠδὲ καὶ ὀδμὴν
θηρείην, λευκῇσιν ἐνισκίμψασα βολῇσι·
τῆμος ἄρ' Αἰσονίδης κούρη τ' ἀπὸ νηὸς ἔβησαν
ποιήεντ' ἀνὰ χῶρον, ἵνα κριοῦ καλέονται
εὐναί, ὅθι πρῶτον κεκμηότα γούνατ' ἔκαμψε,
νώτοισι φορέων Μινυήϊον υἷ' Ἀθάμαντος.

111. Et h. l. Br. ex ingenio dedit ἀλευόμενοι. 116. Codd. nonn. etiam Vrat. κεκμηκότα. 117. f. νώτοισι cum Vrat. et Br. pro νώτοισιν, ſed πέλεν ob codd. et numerum ſervavi. Br. πέλε. Vett. edd. Μινυῄον. Hoelzl. correxit.

vellus captum auferrent contra ſententiam Aeetae,
tunc dictum factumque ſimul erat properantibus.
impoſita enim ea a terra ſtatim depulerunt
navem: multus autem ſtrepitus incumbentium remis
erat heroum: illa retro ſaliens
verſus terram manus extendit conſilii inops. At Iaſon
et animavit verbis, et detinuit moerentem.
Quando autem ſomnum ab oculis excutiunt
venatores, qui canibus confiſi nunquam nocte
profunda dormiunt, vitantes lumen aurorae,
ne prius deleat ferarum veſtigia aut etiam odorem
ferinum, ſi lucidis incubuerit radiis:
eo tempore Iaſon et puella e nave egreſſi ſunt
in herboſum locum, ubi arietis appellantur
cubilia, quo loco primum feſſa genua inflexit,
dorſo vehens Minyeum filium Athamantis (Phri-
xum).

ἐγγύθι δ' αἰθαλόεντα πέλεν βωμοῖο θέμεθλα,
ὅν ῥά ποτ' Αἰολίδης Διὶ Φυξίῳ εἵσατο Φρίξος,
ῥέζων κεῖνο τέρας πάγχρυσεον, ὥς οἱ ἔειπεν
Ἑρμείης πρόφρων ξυμβλήμενος. ἔνθ' ἄρα τούς γε
Ἄργου φραδμοσύνῃσιν ἀριστῆες μεθέηκαν.
τὼ δὲ δι' ἀτραπιτοῖο μεθ' ἱερὸν ἄλσος ἵκοντο,
φηγὸν ἀπειρεσίην διζημένω, ᾗ ἔπι κῶας
βέβλητο, νεφέλῃ ἐναλίγκιον, ἥ τ' ἀνιόντος
ἠελίου φλογερῇσιν ἐρεύθεται ἀκτίνεσσιν.
αὐτὰρ ὁ γ' ἀντικρὺ περιμήκεα τείνατο δειρὴν
ὀξὺς ἀΰπνοισι προϊδὼν ὄφις ὀφθαλμοῖσι
νισσομένους, ῥοίζει δὲ πελώριον· ἀμφὶ δὲ μακραὶ
ἠιόνες ποταμοῖο, καὶ ἄσπετον ἴαχεν ἄλσος.
ἔκλυον οἳ καὶ πολλὸν ἑκὰς Τιτηνίδος Αἴης
Κολχίδα γῆν ἐνέμοντο, παρὰ προχοῇσι Λύκοιο,

119. Ox. εἵσατο. 121. Ol. Ἑρμείας. 124. Ol. ἐπὶ κ. 126. Ol. φλογεροῖσιν. E codd. correxit Brunk. 127. Ol. ὁ ἀντ. — τείνετο. 129. νισσομ. cum Vrat. Steph. Br. pro vulg. νεισσομένους.

prope vero fuliginoſa erant arae fundamenta,
quam Aeolides Iovi Phyxio erexerat Phrixus,
immolans illud portentum aureum, quemadmodum eum juſſerat
Mercurius benevole obviam factus. ibi igitur illos
Argi conſilio heroes dimiſerunt.
illi vero per ſemitam ad ſacrum nemus venerunt
fagum ingentem quaerentes, in qua vellus
jacebat, nubi ſimile, quae orientis
ſolis flammeis rubet radiis.
at ex adverſo longiſſimum extendebat collum
acer inſomnibus proſpiciens draco oculis
venientes, horrendumque ſtridebat: undique vero longa
littora fluvii et ingens reſonuit nemus.
audiverunt, qui etiam admodum procul a *Titania Aea*
Colchicam terram incolebant, ad oſtia *Lyci*,

ὅς τ' ἀποκιδνάμενος ποταμοῦ κελάδοντος Ἀράξεω
Φάσιδι συμφέρεται ἱερὸν ῥόον· οἱ δὲ συνάμφω
Καυκασίην ἅλαδ' εἰς ἓν ἐλαυνόμενοι προχέουσι.
δείματι δ' ἐξέγροντο λεχωΐδες, ἀμφὶ δὲ παισὶ
νηπιάχοις, οἵ τε σφιν ὑπ' ἀγκαλίδεσσιν ἴαυον,
ῥοίζῳ παλλομένοις, χεῖρας βάλον ἀσχαλόωσαι.
ὡς δ' ὅτε τυφομένης ὕλης ὕπερ αἰθαλόεσσαι
καπνοῖο στροφάλιγγες ἀπείριτοι εἰλίσσονται,
ἄλλη δ' αἶψ' ἑτέρῃ ἐπιτέλλεται αἰὲν ἐπιπρὸ
νειόθεν εἰλίγγοισιν ἐπήορος ἐξανιοῦσα·
ὣς τότ' ἐκεῖνο πέλωρον ἀπειρεσίας ἐλέλιζε
ῥυμβόνας ἀζαλέῃσιν ἐπηρεφέας φολίδεσσι.
τοῖο δ' ἑλισσομένοιο κατ' ὄμματος εἴσατο κούρη,
ὕπνον ἀοσσητῆρα, θεῶν ὕπατον, καλέουσα

134. συνάμφω cum Vrat. Br. pro σὺν ἄμφω, ut ol. 135. Ol. προχέουσιν. 141. Apud Brunk. excidit δ' poſt ἄλλη. 142. Vrat. εἰλίγγοισιν, quod Pierſ. conject. εἰλιγμοῖσιν adjuvat. 143. ἐλέλιζε Br. lectore non monito edidit. In z. Vatt. et al. libb. ut vulg. ἐλέλιξε. 145. Ox. ἑλισσομένοιο. Tum ol. κατόμματον. Correxit Brunk. e codd.

qui divertens a fluvio ſtrepente *Araxe*
cum Phaſide conjungit ſacrum fluxum: illi autem ambo
in Caucaſium mare una compulſi effluunt.
prae timore autem expergefactae puerperae infantes
tenellos, qui ipſis ſub ulnis dormiebant,
ſibilo exterritos, manibus amplexae ſunt triſtes.
ut vero ſuper incenſa ſylva flammantia
fumi volumina immenſa volvuntur,
et aliud ſtatim alteri ſuccedit ulterius,
ab imo vorticibus ſublime erumpens:
ſic tum illud monſtrum innumeros volvebat
tortus, aridis contectos ſquamis.
ei autem ſe volventi in conſpectum venit puella,
ſomnum opitulatorem, deorum potentiſſimum, invocans

ἡδείῃ ἐνοπῇ, θέλξαι τέρας· αὖε δ' ἄνασσαν
νυκτιπόλον, χθονίην, εὐαντέα δοῦναι ἐφορμήν.
εἵπετο δ' Αἰσονίδης πεφοβημένος. αὐτὰρ ὅ γ' ἤδη
οἴμῃ θελγόμενος δολιχὴν ἀνελύετ' ἄκανθαν
γηγενέος σπείρης, μήκυνε δὲ μυρία κύκλα,
οἷον ὅτε βληχροῖσι κυλινδόμενον πελάγεσσι
κῦμα μέλαν κωφόν τε καὶ ἄβρομον· ἀλλὰ καὶ ἔμπης
ὑψοῦ σμερδαλέην κεφαλὴν μενέαινεν ἀείρας
ἀμφοτέρους ὀλοῇσι περιπτύξαι γενύεσσιν.
ἡ δέ μιν ἀρκεύθοιο νέον τετμηότι θαλλῷ,
βάπτουσ' ἐκ κυκεῶνος ἀκήρατα φάρμακ' ἀοιδαῖς,
ῥαῖνε κατ' ὀφθαλμῶν· περί τ' ἀμφί τε νήριτος ὀδμὴ
φαρμάκου ὕπνον ἔβαλλε· γένυν δ' αὐτῇ ἐνὶ χώρῃ
θῆκεν ἐρεισάμενος· τὰ δ' ἀπείρονα πολλὸν ὀπίσσω
κύκλα πολυπρέμνοιο διὲξ ὕλης τετάνυστο.

149. Ox. ὅγε ἤδη. 150. Ol. ἀνάλυετ'. Etiam Vrat. 2. Vatt. ἀνελύετ'. 157. ἐς κυκ. maluit Hoeltzl. 161. διὲξ cum Br. Vr. Ol. δι' ἐξ.

ſuavi voce, ut deliniret monſtrum: inclamavit autem reginam
noctivagam, ſubterraneam, ut fauſtum redderet inceptum.
ſequebatur Iaſon timens. at ille (ſerpens) jam
cantu delinitus longam reſolvit ſpinam
terrigenae ſpirae, et in longum extendit innumeros orbes,
veluti quum in magnis volvitur aequoribus
fluctus ater, ſurdus et ſtrepitum edens: at tamen
in altum horribili capite elato cupiebat
ambo funeſtis complecti maxillis.
illa vero ipſi, juniperi recens caeſo ramo
illinens ex potione integra medicamina cum carmine
deſtillabat in oculos: undique plurimus odor
medicaminis ſomnum circumfudit: maxillas eo loco
demiſit innixus: ſed innumeri longe retrorſum
orbes per ſylvam arboribus plenam extendebantur.

ἔνθα δ᾽ ὁ μὲν χρύσειον ἀπὸ δρυὸς αἴνυτο κῶας,
κούρης κεκλομένης· ἡ δ᾽ ἔμπεδον ἑστηυῖα
φαρμάκῳ ἔψηχε θηρὸς κάρη, εἰσόκε δή μιν
αὐτὸς ἑὴν ἐπὶ νῆα παλιντροπάασθαι Ἰήσων
ἤνωγε, λεῖπεν δὲ πολύσκιον ἄλσος Ἄρηος.
ὡς δὲ σεληναίην διχομήνιδα παρθένος αἴγλην
ὑψόθεν ἐξανέχουσαν ὑπωρόφιος θαλάμοιο
λεπταλέῳ ἑανῷ ὑποΐσχεται· ἐν δέ οἱ ἦτορ
χαίρει δερκομένης καλὸν σέλας· ὣς τότ᾽ Ἰήσων
γηθόσυνος μέγα κῶας ἑοῖς ἐναείρατο χερσί·
καί οἱ ἐπὶ ξανθῇσι παρηΐσιν ἠδὲ μετώπῳ
μαρμαρυγῇ ληνέων φλογὶ εἴκελον ἷζεν ἔρευθος.
ὅσση δὲ ῥινὸς βοὸς ἤνιος, ἢ ἐλάφοιο
γίγνεται, ἥν τ᾽ ἀγρῶσται ἀχαιΐνεην καλέουσι,

163. *ἑστηυῖα* cum Vr. 2. Vatt. Br. pro vulg. *ἑστηκυῖα*. 164. Ol. *ἔψηχεν*, et 166. *ἤνωγεν*. 168. Ol. *ὑπωρόφιον*. E codd. Pariſſ. emendavit Br. 170. Ol. *δερκομένη*. *δερκομένης* Guelf. et unus Vat. a manu ſec. 172. *ξανθῇσι* cum Vr. Br. pro *ξανθῇσιν*. *παρηΐσιν* ex uno Vat. dedi. Vr. *παρηϊάσι*. Ol. *παρήασιν*. Br. *παρειάσιν*. 173. Non placet *ληνέων*. 174. *ὅσσος* edd. Pariſ. et Steph. *ὅσση* codd. plerique. 175. Codd. plur. *γίνεται*. Edd. pr. ut et unus Vat. *ἀγρῶσται*.

tum ille aureum a quercu deripuit vellus,
puella hortante; haec vero ſemper adſtans
medicamine defricuit belluae caput, uſque dum eam
ipſe ſuam in navem reverti Iaſon
juberet, reliquit autem umbroſum nemus Martis.
ut vero plenilunii puella lumen
ſupra thalamum effulgens ſub tecto
tenui ſtola excipit: intusque ei animus
gaudet, quum conſpicit pulchrum ſplendorem: ſic tum
Iaſon
laetus magnum vellus ſuis ſuſtulit manibus:
atque ei in flavis genis atque fronte
fulgore lanarum rubedini ſimilis inſedit rubor.
quanta vero pellis vaccae anniculae aut cervae
eſt, quam quidem venatores achaeïneam (mollibus
pilis inſignem) appellant,

τόσσον ἔην πάντη χρύσεον ἐφύπερθεν ἄωτον.
βεβρίθει λήνεσσιν ἐπηρεφές· ἤλιθα δὲ χθὼν
αἰὲν ὑπὸ πρὸ ποδῶν ἀμαρύσσετο νισσομένοιο.
ἤιε δ' ἄλλοτε μὲν λαιῷ ἐπιειμένος ὤμῳ
αὐχένος ἐξ ὑπάτοιο ποδηνεκές, ἄλλοτε δ' αὖτε
εἴλει ἀφασσόμενος· πέρι γὰρ δίεν, ὄφρα ἑ μή τις
ἀνδρῶν ἠὲ θεῶν νοσφίσσεται ἀντιβολήσας.
Ἠὼς μέν ῥ' ἐπὶ γαῖαν ἐκίδνατο, τοὶ δ' ἐς ὅμιλον
ἷξον· θάμβησαν δὲ νέοι μέγα κῶας ἰδόντες
λαμπόμενον, στεροπῇ ἴκελον Διός. ὦρτο δ' ἕκαστος
ψαῦσαι ἐελδόμενος, δέχθαι τ' ἐνὶ χερσὶν ἑῇσιν.
Αἰσονίδης δ' αὐτοὺς μὲν ἐρήτυε, τῷ δ' ἔπι φᾶρος
κάββαλε νηγάτεον· πρύμνῃ δ' ἐνεείσατο κούρην

177. Edd. pr. *λήνεσσιν*. 178. *νισσομένοιο* cum Vrat. Br. pro vulg. *νεισομένοιο*. 182. Ol. *ἠδὲ θ.* 184. Brunk. *ἐθάμβησαν*, ut videtur, ſine codd. 185. *ἴκελον* Ox. 187. *ἄλλους* in omnibus codd. eſt, ſed recte *αὐτοὺς* ex Arnaldi conject. dedit Brunk. Mox erat ol. *ἐπὶ* — 188. *ἐνεείσατο* cum Vr. 2. Vatt. Br. pro vulg. *ἀνεείσατο*.

tantum erat undiquaque aureum ſuperne (extrinſecus) vellus.
grave erat lanis, quibus obſitum fuit: et valde terra
ſemper ante pedes praefulgebat euntis (Iaſonis).
inceſſit vero nunc ſiniſtro geſtans humero
ex ſummo collo ad pedes uſque dependens: nunc rurſus
involvit contrectatum: valde enim metuit, ne ſe quis
hominum deorumve eo privaret occurrens.
Aurora jam in terram diffundebatur, quum illi ad coetum
venirent: ſtupuerunt vero juvenes magno vellere conſpecto
ſplendente, fulmini Iovis ſimili. acceſſit autem quiſque
attingere cupiens et recipere manibus ſuis.
Iaſon vero illos prohibuit, huic (velleri) autem pallium
injecit recens factum: in puppi collocavit puellam

ἀνθέμενος, καὶ τοῖον ἔπος μετὰ πᾶσιν ἔειπε·
„Μηκέτι νῦν χάζεσθε, φίλοι, πάτρηνδε νέεσθαι.
ἤδη γὰρ χρειὼ τῆς εἵνεκα τήνδ' ἀλεγεινὴν
ναυτιλίην ἔτλημεν, ὀϊζύϊ μοχθίζοντες,
εὐπαλέως κούρης ὑπὸ φρέσι κεκράανται.
τὴν μὲν ἐγὼν ἐθέλουσαν ἀνάξομαι οἴκαδ' ἄκοιτιν
κουριδίην· ἀτὰρ ὔμμες, Ἀχαιΐδος οἷά τε πάσης
αὐτῶν θ' ὑμείων ἐσθλὴν ἐπαρωγὸν ἐοῦσαν,
σώετε. δὴ γάρ που, μάλ' ὀΐομαι, εἶσιν ἐρύξων
Αἰήτης ὁμάδῳ πόντονδ' ἴμεν ἐκ ποταμοῖο.
ἀλλ' οἱ μὲν διὰ νηὸς, ἀμοιβαδὶς ἀνέρος ἀνὴρ
ἑζόμενος, πηδοῖσιν ἐρέσσετε· τοὶ δὲ βοείας
ἀσπίδας ἡμίσεες, δηΐων θοὸν ἔχμα βολάων,
προσχόμενοι νόστῳ ἐπαμύνετε. νῦν δ' ἐνὶ χερσὶ
παῖδας ἑοὺς, πάτρην τε φίλην, γεραρούς τε τοκῆας

196. In Vatt. ἐσθλὴν omittitur, et in uno Vat. eſt γαίης αὐτῶν θ' ὑ. ἐπ. ἐ. 199. Ol. ἄλλοι μέν. 202. In ed. Brunk. δ' poſt νῦν deeſt.

impoſitam, atque ita ad omnes locutus eſt:
„Non nunc amplius dubitate, amici, in patriam redire.
jam enim res, cujus cauſa hanc moleſtam
navigationem ſuſcepimus, aerumnis conflictantes,
facile ex puellae conſiliis peracta eſt.
illam ego lubentem abducam domum conjugem
legitimam: at vos eam, utpote Achaiae omnis
veſtrumque ipſorum bonam adjutricem,
ſervate. etenim, id quod valde ſuſpicor, aderit prohibiturus
Aeetes, cum multitudine in mare exire e fluvio.
itaque alii navem, alternatim viro vir
aſſidens, remis agite: alii bubulos
clypeos, et quidem dimidia pars, hoſtilium promtum munimen ictuum,
praetendentes, reditum defendite. nunc enim in manibus
liberos noſtros, patriamque caram, et venerandos parentes

ἴσχομεν· ἡμετέρῃ δ' ἐπερείδεται Ἑλλὰς ἐφορμῇ
ἠὲ κατηφείην, ἢ καὶ μέγα κῦδος ἀρέσθαι."
Ὧς φάτο, δῦνέ τε τεύχε' ἀρήϊα· τοὶ δ' ἰάχησαν
θεσπέσιον μεμαῶτες. ὁ δὲ ξίφος ἐκ κολεοῖο
σπασσάμενος, πρυμναῖα νεὼς ἀπὸ πείσματ' ἔκοψεν.
ἄγχι δὲ παρθενικῆς κεκορυθμένος ἰθυντῆρι
Ἀγκαίῳ παρέβασκεν· ἐπείγετο δ' εἰρεσίῃ νηῦς,
σπερχομένων ἄμοτον ποταμοῦ ἄφαρ ἐκτὸς ἐλάσσαι.

Ἤδη δ' Αἰήτῃ ὑπερήνορι πᾶσί τε Κόλχοις
Μηδείης περίπυστος ἔρως καὶ ἔργ' ἐτέτυκτο.
ἐς δ' ἀγορὴν ἀγέροντ' ἐνὶ τεύχεσιν· ὅσσα τε πόντου
κύματα χειμερίοιο κορύσσεται ἐξ ἀνέμοιο,
ἢ ὅσα φύλλα χαμᾶζε περικλαδέος πέσεν ὕλης
φυλλοχόῳ ἐνὶ μηνί· — τίς ἂν τάδε τεκμήραιτο; —
ὣς οἱ ἀπειρέσιοι ποταμοῦ παρεμέτρεον ὄχθας,

206. Ol. δῦνε δ'. 218. Ol. οἱ.

tenemus: noſtro vero innititur Graecia incepto
ita, ut aut ignominiam, aut etiam magnam gloriam reportet."
Sic dixit, et induit arma bellica: hi fremuerunt
valde cupientes. ille enſe ex vagina
extracto retinacula, quibus puppis navis alligata erat, abſcidit.
ſed prope puellam armatus gubernatori
Ancaeo adſtitit: urgebatur autem remigio navis,
feſtinantibus iis continuo e fluvio ſtatim eam propellere.

Iam enim Aeetae ſuperbo et omnibus Colchis
innotuerant Medeae amor et facinora.
in concionem igitur conveniebant armati: et quot maris
fluctus hiberno excitantur vento,
aut quot folia in terram ex ramoſa decidunt ſylva
menſe, quo folia delabuntur: — quae quis conjectura aſſequatur? —
ſic illi (Colchi) innumeri fluvii praeterierunt ripas,

κλαγγῇ μαιμώοντες· ὁ δ' εὐτύκτῳ ἐνὶ δίφρῳ
Αἰήτης ἵπποισι μετέπρεπεν, οὕς οἱ ὄπασσεν
Ἠέλιος, πνοιῇσιν ἐειδομένους ἀνέμοιο,
σκαιῇ μέν ῥ' ἐνὶ χειρὶ σάκος δινωτὸν ἀείρων,
τῇ δ' ἑτέρῃ πεύκην περιμήκεα· πὰρ δέ οἱ ἔγχος
ἀντικρὺ τετάνυστο πελώριον. ἡνία δ' ἵππων
γέντο χεροῖν Ἄψυρτος. ὑπεκπρὸ δὲ πόντον ἔταμνε
νηῦς ἤδη, κρατεροῖσιν ἐπειγομένη ἐρέτῃσι,
καὶ μεγάλου ποταμοῖο καταβλώσκοντι ῥεέθρῳ.
αὐτὰρ ἄναξ ἄτῃ πολυπήμονι χεῖρας ἀείρας,
Ἠέλιον καὶ Ζῆνα, κακῶν ἐπιμάρτυρας ἔργων,
κέκλετο, δεινὰ δὲ παντὶ παρασχεδὸν ἤπυε λαῷ·
„εἰ μή οἱ κούρην αὐτάγρετον, ἢ ἀνὰ γαῖαν
ἢ πλωτῆς εὑρόντες ἔτ' εἰν ἁλὸς οἴδματι νῆα,
ἄξουσι, καὶ θυμὸν ἐνιπλήσει, μενεαίνων
τίσασθαι, τάδε πάντα δαήσονται κεφαλῇσι,

219. Ol. μαιμώωντες. 226. Interpunxi cum Brunk., et ἐρέτῃσι ſcripſi. Ol. comma ante ἤδη ponebatur, et ἐρέτῃσιν edebatur. 233. Ol. ἄξουσιν. 234. Cum Br. interpunxi poſt τίσασθαι, non poſt πάντα, ut vulg.

cum clangore delati: at in bene conſtructo curru
Aeetes equis ſplenduit, quos ei dederat
Sol flatibus ſimiles venti,
laeva manu ſcutum orbiculare tenens,
altera piceam (facem) praelongam: juxta eum haſta
omnino extendebatur ingens. habenas autem equorum
tenebat manibus *Abſyrtus.* at longius ſecabat mare
navis jam, validis compulſa remigibus,
magnique fluvii decurrente fluxu.
at rex propter calamitatem graviſſimam manibus ſublatis
Solem et Iovem, malorum teſtes facinorum,
invocavit, ac dira omni ſtatim denunciavit populo:
„niſi ipſi filiam captam aut ad terram,
aut navigabilis in maris fluctu deprehenſa navi,
adducturi ſint; atque animo ſuo ipſe ſatisfacturus
cupiens ulciſci, haec omnia experientur capitibus (ſuis),

πάντα χόλον καὶ πᾶσαν ἑὴν ὑποδέγμενοι ἄτην.“
  Ὣς ἔφατ᾽ Αἰήτης. αὐτῷ δ᾽ ἐνὶ ἤματι Κόλχοι
νῆάς τ᾽ εἰρύσσαντο, καὶ ἄρμενα νηυσὶ βάλοντο,
αὐτῷ δ᾽ ἤματι πόντον ἀνήϊον· οὐδέ κε φαίης
τόσσον νηΐτην στόλον ἔμμεναι, ἀλλ᾽ οἰωνῶν
ἰλαδὸν ἄσπετον ἔθνος ἐπιβρομέειν πελάγεσσιν.
  Οἱ δ᾽ ἀνέμου λαιψηρὰ, θεῆς βουλῆσιν, ἀέντος,
Ἥρης, ὄφρ᾽ ὤκιστα κακὸν Πελίαο δόμοισιν
Αἰαίη Μήδεια Πελασγίδα γαῖαν ἵκοιτο,
ἠοῖ ἐνὶ τριτάτῃ πρυμνήσια νηὸς ἔδησαν
Παφλαγόνων ἀκτῇσι, πάροιθ᾽ Ἅλυος ποταμοῖο.
ἢ γάρ σφ᾽ ἐξαποβάντας ἀρέσσασθαι θυέεσσιν
ἠνώγει Ἑκάτην. καὶ δὴ τὰ μὲν, ὅσσα θυηλὴν
κούρη πορσανέουσα τιτύσκετο, μήτε τις ἵστωρ
εἴη, μήτ᾽ ἐμὲ θυμὸς ἐποτρύνειεν ἀείδειν.
ἅζομαι αὐδῆσαι· τό γε μὴν ἕδος ἐξέτι κείνου,

237. Ol. ἐρύσσαντο. 243. Ol. ἵκηται, et 244. ἐν, atque 245. ἀκταῖσι. 247. Ol. θυηλῇ. 248. Br. πορσαίνουσα, quod tempus ſyntaxis poſtulet, codd. invitis.

omnem iram et omnem ſuam ſubituri poenam.“
  Sic dixit Aeetes: illo ipſo autem die Colchi
et naves deduxerunt, et vela navibus impoſuerunt,
eodemque die mare ingreſſi ſunt: nec diceres
tantas navales copias eſſe, ſed avium
turmatim infinitum genus infremere maribus.
  Illi (Argonautae) vento vehementer adſpirante, deae conſiliis
Iunonis, ut celerrime exitium Peliae aedibus
Colchica Medea in Pelaſgicam terram veniret,
tertia aurora retinacula navis alligarunt
Paphlagonum littoribus, ante Halyn fluvium.
haec enim ipſos egreſſos placare ſacris
juſſit Hecaten. atqui illa, quae ſacrificium
puella inſtructura paravit, nec quis
ſciat, nec me animus impellat ut canam.
vereor eſſari. at ex illo etiamnum tempore ſedes (delubrum),

ἔρα θεᾷ ἥρωες ἐπὶ ῥηγμῖσιν ἔδειμαν,
ἀνδράσιν ὀψιγόνοισι μένει καὶ τῆμος ἰδέσθαι.
Αὐτίκα δ' Αἰσονίδης ἐμνήσατο, σὺν δὲ καὶ ἄλλοι
ἥρωες, Φινῆος, ὃ δὴ πλόον ἄλλον ἔειπεν
ἐξ Αἴης ἔσσεσθαι· ἀνώϊστος δ' ἐτέτυκτο
πᾶσιν ὁμῶς. Ἄργος δὲ λιλαιομένοις ἀγόρευσε·
„Νεύμεθ' ἐς Ὀρχομενόν, τὴν ἔχραεν ὔμμι περῆσαι
νημερτὴς ὅδε μάντις, ὅτῳ ξυνέβητε πάροιθεν.
ἔστιν γὰρ πλόος ἄλλος, ὃν ἀθανάτων ἱερῆες
πέφραδον, οἳ Θήβης Τριτωνίδος ἐκγεγάασιν.
οὔπω τείρεα πάντα, τά τ' οὐρανῷ εἱλίσσονται,
οὐδέ τί πω Δαναῶν ἱερὸν γένος ἦεν ἀκοῦσαι
πευθομένοις· οἶοι δ' ἔσαν Ἀρκάδες Ἀπιδανῆες,
Ἀρκάδες, οἳ καὶ πρόσθε Σεληναίης ὑδέονται
ζώειν, φηγὸν ἔδοντες ἐν οὔρεσιν· οὐδὲ Πελασγὶς

251. Ol. ὄῤῥα. 255. Ol. δὲ τέτυκτο. Br. e codd. δ' ἐτέτ. 257. Codd. plerique, etiam Vatt. Vr. νασσόμεθ' ἐς Ὀρχ., quod Aldus ita correxit, ut nunc legitur, codd. Pariſſ. faventibus. 259. Ol. ἔστι.

quam deae heroës in littoribus exſtruxerunt,
poſteris manet vel hodie viſenda.
Statim vero Iaſon recordatus eſt, cumque eo et reliqui
heroës, Phinei, qui navigationem aliam dixerat
ex Colchide fore: ignota vero erat
omnibus omnino. Argus igitur ad eos cupientes (cognoſcere) dixit:
„Proficiſcimur Orchomenum, qua via juſſit vos ire
veridicus ille vates, quem olim conveniſtis.
eſt enim alia navigatio, quam immortalium ſacerdotes
monſtrarunt, qui Theba Tritonia orti ſunt.
nondum ſidera omnia, quae in coelo volvuntur,
neque Danaorum ſacram gentem licebat audire
quaerentibus: ſoli erant Arcades Apidanenſes,
Arcades, qui etiam ante Lunam narrantur
vixiſſe, glandibus veſcentes in montibus: neque Pelaſgica

χθὼν τότε κυδαλίμοισιν ἀνάσσετο Δευκαλίδῃσιν,
ἦμος ὅτ' ἠερίη πολυλήιος ἐκλήϊστο
μήτηρ Αἴγυπτος προτερηγενέων αἰζηῶν,
καὶ ποταμὸς Τρίτωνος ἐΰρροος, ᾧ ὕπο πᾶσα
ἄρδεται ἠερίη· Διόθεν δέ μιν οὔποτε δεύει
ὄμβρος· ἅλις προχοῇσιν ἀνασταχύουσιν ἄρουραι·
ἔνθεν δή τινα φασὶ πέριξ διὰ πᾶσαν ὁδεῦσαι
Εὐρώπην Ἀσίην τε, βίῃ καὶ κάρτεϊ λαῶν
σφωϊτέρων, θάρσει τε πεποιθότα· μυρία δ' ἄστη
νάσσατ' ἐποιχόμενος, τὰ μὲν ἤ ποθι ναιετάουσιν,
ἠὲ καὶ οὔ· πουλὺς γὰρ ἄδην ἐπενήνοθεν αἰών.
Αἶά γε μὴν ἔτι νῦν μένει ἔμπεδον, υἱωνοί τε
τῶνδ' ἀνδρῶν, οὓς ὅς γε καθίσσατο ναιέμεν Αἶαν,

267. Ol. ἦμος ἔτ'. A Brunk. correctione non multum abeunt Vait. et Vrat., qui hic et 270. etiam ἱερίη habent. 269. Ed. Flor. ut Vrat. Vatt. Τρίτων ἐΰρροος. Aldus Τρ. καλλίρροος, quae vulg. lectio facta. Correxit Br. e codd. ᾧ ὕπο cum Vrat. pro ᾧ ὑπὸ, ut ol. 270. Vix ſanum videtur ἠερίη. 271. Ol. προχοαῖσι δ' (in Vatt. προχοαῖς ἰδ' ἀν.). Interpunxi locum cum Br., conſentiente Vrat. Ol. poſt ἅλις interpungebatur. 278. Ol. ὅ γε.

terra tum a glorioſis regnabatur Deucalidis,
quando aëria (nigra) ſegetibus abundans celebrabatur
Aegyptus mater antiquiſſimorum juvenum,
et fluvius Tritonis bene fluens, quo tota
rigatur terra illa nigra: a Iove enim nunquam eam irrigat
imber: ſatis vero inundationum ope fruges emittunt arva.
inde igitur quendam dicunt per omnem circumiiſſe
Europam et Aſiam, robori et viribus militum
ſuorum et fortitudini confiſum: innumeras autem urbes
incolis frequentavit obiens, quae aut alicubi incoluntur,
aut etiam non: ſatis enim multa intereſt annorum ſeries.
Aea tamen etiamnum manet conſtanter, nepotesque
illorum hominum, quos ille conſidere juſſit habitaturos Aeam.

οἱ δή τοι γραπτῦς πατέρων ἕθεν εἰρύονται,
κύρβιας, οἷς ἔνι πᾶσαι ὁδοὶ καὶ πείρατ᾽ ἔασιν
ὑγρῆς τε, τραφερῆς τε, πέριξ ἐπινισσομένοισιν.
ἔστι δέ τις ποταμὸς, ὕπατον κέρας Ὠκεανοῖο,
εὐρύς τε, προβαθύς τε, καὶ ὁλκάδι νηὶ περῆσαι·
Ἴστρον μιν καλέοντες ἑκὰς διετεκμήραντο·
ὃς δή τοι τείως μὲν ἀπείρονα τέμνετ᾽ ἄρουραν
εἷς οἶος· πηγαὶ γὰρ ὑπὲρ πνοιὰς Βορέαο
Ῥιπαίοις ἐν ὄρεσσιν ἀπόπροθι μορμύρουσιν.
ἀλλ᾽ ὁπόταν Θρηκῶν Σκυθέων τ᾽ ἐπιβήσεται οὔρους,
ἔνθα διχῆ τὸ μὲν ἔνθα μετ᾽ Ἰονίην ἅλα βάλλει
τῇδ᾽ ὕδωρ, τὸ δ᾽ ὄπισθε βαθὺν διὰ κόλπον ἵησι
σχιζόμενος πόντου Τρινακρίου εἰσανέχοντα,
γαίῃ ὃς ὑμετέρῃ παρακέκλιται, εἰ ἐτεὸν δὴ
γαίης ὑμετέρης Ἀχελώϊος ἐξανίησιν."

279. Ol. γράπτυς, ut plerique codd. In Vrat. γραπτὺς, e Vatt. γραπτὰς citatur. 281. Ol. ἐπινεισσομένοισιν. Vt editur nunc, ita Vr. 286. Ol. ὑπὲρ πνοιῆς. 288. Ol. Θρηΐκων — ἐνιβήσεται. In 2. Vatt. ἐνιβήσεται Ἄρης. 289. Pro Ἰονίην editor Italus conjicit Ἀξένην. 292. ὑμετέρῃ cum Vr. Brunk. pro eo, quod olim ἡμετέρῃ. 293. Ol. ὑμετέρης γαίης.

qui quidem ſcriptos patrum ſuorum ſervant
cippos, in quibus omnes viae et limites inſunt
et maris et terrae circumquaque proficiſcentibus.
eſt vero quidam fluvius, ultimum cornu Oceani,
et latus, et profundus, ut etiam oneraria navis trajicere poſſit.
Iſtrum eum appellantes procul indicarunt:
qui quidem aliquamdiu immenſam ſecat terram
unus ſolus: fontes enim ultra flatum Boreae
Ripaeis in montibus procul murmurant.
at quando Thracum Scytharumque intrat fines,
tum diviſim, partim inde in Ionium mare emittit
hac in regione aquam, partim pone per profundum ſinum mittit
diviſus mari Trinacrio (Siculo) imminentem,
quod veſtrae terrae adjacet, ſi vere quidem
ex veſtra terra Achelous erumpit."

Ὣς ἄρ᾽ ἔφη· τοῖσι δὲ θεὰ τέρας ἐγγυάλιξεν
αἴσιον, ᾧ καὶ πάντες ἐπευφήμησαν ἰδόντες,
στέλλεσθαι τήνδ᾽ οἶμον. ἐπιπρὸ γὰρ ὁλκὸς ἐτύχθη
οὐρανίης ἀκτῖνος, ὅπη καὶ ἀμεύσιμον ἦε.
γηθόσυνοι δὲ Λύκοιο κατ᾽ αὐτόθι παῖδα λιπόντες
λαίφεσι πεπταμένοισιν ὑπεὶρ ἅλα ναυτίλλοντο,
οὔρεα Παφλαγόνων θηεύμενοι. οὐδὲ Κάραμβιν
γνάμψαν, ἐπεὶ πνοιαί τε καὶ οὐρανίου πυρὸς αἴγλη
μεῖνεν, ἕως Ἴστροιο μέγαν ῥόον εἰσαφίκοντο.
Κόλχοι δ᾽ αὖτ᾽ ἄλλοι μὲν, ἐτώσια μαστεύοντες,
Κυανέας Πόντοιο δι᾽ ἐκ πέτρας ἐπέρησαν·
ἄλλοι δ᾽ αὖ ποταμὸν μετεκίαθον, οἷσιν ἄνασσεν
Ἄψυρτος, Καλὸν δὲ διὰ στόμα πεῖρε λιασθείς.
τῷ καὶ ὑπέφθη τούς γε, βαλὼν ὑπὲρ αὐχένα γαίης,
κόλπον ἔσω πόντοιο πανέσχατον Ἰονίοιο.

294. τοῖσι cum Vr. 2. Vatt. Br. pro ol. vulg. τοῖσιν. 297. Ol. ὅπη καὶ μόρσιμον ἦεν. Veram lectionem ex Etym. M. eruit Ruhnk. 298. κατ᾽ αὐτ. cum Vrat. Brunk. Ol. καταυτόθι. 308. παρ᾽ ἔσχατον Vrat. Vatt. et al. codd.

Sic dixit: his autem dea omen exhibuit
fauſtum, quo etiam omnes acclamarunt conſpecto,
hac via navigandum eſſe. longo tractu ſulcus exſtitit
coeleſtis radii, qua via etiam incedendum eſſet.
laeti vero *Lyci* filio ibi relicto
velis paſſis ſuper mare vecti ſunt,
montes Paphlagonum contuiti. neque Carambin
circumvecti ſunt, quoniam et venti, et coeleſtis ignis flamma
manſit, donec Iſtri magnum flumen attigiſſent.
Colchi igitur alii quidem, fruſtra quaerentes,
per Cyaneas rupes ex Ponto exierunt:
alii contra ad fluvium contenderunt, quibus praeerat
Abſyrtus; is per Calon (Pulchrum) oſtium (Iſtri) tranſiit ablatus.
quare etiam prior iſtis (Argonautis) venit, trajiciens cervicem terrae,
in ſinum ultimum maris Ionii.

Ἴστρῳ γάρ τις νῆσος ἐέργεται, οὔνομα Πεύκη,
τριγλώχιν, εὖρος μὲν ἐς αἰγιαλοὺς ἀνέχουσα,
στεινὸν δ' αὖτ' ἀγκῶνα ποτὶ ῥόον· ἀμφὶ δὲ δοιαὶ
σχίζονται προχοαί. τὴν μὲν καλέουσι Νάρηκος·
τὴν δ' ὑπὸ τῇ νεάτῃ, Καλὸν στόμα. τῇδε διαπρὸ
Ἄψυρτος Κόλχοι τε θοώτερον ὡρμήθησαν·
οἱ δ' ὑψοῦ νήσοιο κατ' ἀκροτάτης ἐνέοντο
τηλόθεν. εἰαμενῇσι δ' ἐν ἄσπετα πώεα λεῖπον
ποιμένες ἄγραυλοι, νηῶν φόβῳ, οἷά τε θῆρας
ὀσσόμενοι πόντου μεγακήτεος ἐξανιόντας.
οὐ γάρ πω ἁλίας γε πάρος ποτὲ νῆας ἴδοντο,
οὔτ' οὖν Θρήιξι μιγάδες Σκύθαι, οὔτε Σίγυνοι,
οὔτ' αὖ Γραυκένιοι, οὔθ' οἱ περὶ Λαύριον ἤδη

1228. Vulgatum ποτὶ κ. Errorem bene Italus editor animadvertit. Br. ſine codd. Ἀμπρακιήων, quae eſt antiqua forma. 1229. Codd. plur. etiam Vatt. et Ald. ed. κουρίτην. In Vr. η e correct. 1233. Omn. libri: πέλαγός τε. Ex ingenio igitur Br. videtur dediſſe: πέλαγόσδε, ut 1270. 1235. ὅθ' οὐκέτι cum Brunk. dedi. Ol. ἵν' οὐκέτι. Vrat. ὅτ' οὐκ ἔτι. 1236. Codd. nonn. βιχίατο. 1237. Br. ed. μνιόενθα. 1238. Br. e conject. Valk dedit: κοῦφη, eleganter, codd. tamen non faventibus. Debebat, credo, dici: κωφοῦ ὕδατος.

donec etiam Libyae in terminis aerumnas pertuliſſent.
Iam quidem dudum ſinum, cognominatum ab *Ambraciotis*,
jam Curetum reliquerant terram paſſis
velis, et anguſtas cum ipſis *Echinadibus* inſulas
deinceps, Pelopis autem modo conſpiciebatur terra;
atque tum cum impetu (abreptos) ſaeva *Boreae* procella
medium per mare Libycum novem integras
noctes totidemque una egit dies, uſque dum venerunt
ulterius magis intra *Syrtin*, ubi non amplius reditus poſtea
navibus contingit, quando illum coactae ſunt ſinum intrare.
undique enim lacus, undique alga denſa referta profundi
loca: ſurda iis inhaeret aquae ſpuma;

ἠερίη δ' ἄμαθος παρακέκλιται· οὐδέ τι κεῖσε
ἑρπετὸν οὐδὲ ποτητὸν ἀείρεται. ἔνθ' ἄρα τούς γε
πλυμμυρὶς — (καὶ γάρ τ' ἀναχάζεται ἠπείροιο
ἦ θαμὰ δὴ τόδε χεῦμα, καὶ ἂψ ἐπερεύγεται ἀκτὰς
λάβρον ἐποιχόμενον) — μυχάτῃ ἐνέωσε τάχιστα
ἠϊόνι, τρόπιος δὲ μάλ' ὕδασι παῦρ' ἐλέλειπτο.
οἱ δ' ἀπὸ νηὸς ὄρουσαν, ἄχος δ' ἕλεν εἰσορόωντας
ἠέρα, καὶ μεγάλης νῶτα χθονὸς, ἠέρι ἶσα
τηλοῦ ὑπερτείνοντα διηνεκές· οὐδέ τιν' ἀρδμὸν,
οὐ πάτον, οὐκ ἀπάνευθε καταυγάσσαντο βοτῆρα
αὔλιον, εὐκήλῳ δὲ κατείχετο πάντα γαλήνῃ.
ἄλλος δ' αὖτ' ἄλλον τετιημένος ἐξερέεινε·
„Τίς χθὼν εὔχεται ἥδε; πόθι ξυνέωσαν ἄελλαι
ἡμέας; αἴθ' ἔτλημεν, ἀφειδέες οὐλομένοιο
δείματος, αὐτὰ κέλευθα διαμπερὲς ὁρμηθῆναι

1239. Ol. ἠερίη γ'. Etiam Vatt. Vr. δ'. 1244. Ol. παῦρα λέλειπτο. Ex uno cod. mutavit Br. 1248. καταυγάσσαντο cum 2. Vatt. Vrat. Brunk. Ol. κατηυγάσσαντο. Mox ol. vulg. βοτήρων. Br. e Pariſſ. elegantiorem lect. reſtituit. 1250. Ol. ἐξερέεινεν.

immenſa autem arena adjecta eſt: nec ulla illic
beſtia, nec avis ſurgit. ibi igitur hos
aeſtus — (etenim retrocedit a terra
frequenter ille fluxus, et iterum eructatur in littus
cum impetu irruens) — in imum compulit celerrime
littus, carinaeque admodum exigua pars in aquis relinquebatur.
illi de navi deſilierunt, dolorque occupavit intuentes
aërem, et vaſtae dorſum terrae, quod aëri ſimile
longe extendebatur continuo; nec aliquam aquationem,
non callem, non ſeorſum conſpiciebant paſtoritiam
caulam, ſed tranquillo omnia tenebantur ſilentio.
alius vero alium male affectus interrogavit:
„Quaenam terra vocatur haec? quo compulerunt procellae
nos? utinam auſi eſſemus, abjecto noxio
metu, per ipſas vias medias tranſire

πετράων. ἦτ' ἂν καὶ ὑπὲρ Διὸς αἶσαν ἰοῦσι
βέλτερον ἦν μέγα δή τι μενοινώωντας ὀλέσθαι.
νῦν δὲ τί κεν ῥέξαιμεν, ἐρυκόμενοι ἀνέμοισιν
αὖθι μένειν τυτθόν περ ἐπὶ χρόνον. οἷον ἐρήμη
πέζα διωλυγίης ἀναπέπταται ἠπείροιο;"
Ὣς ἄρ' ἔφη· μετὰ δ' αὐτὸς ἀμηχανίῃ κακότητος
ἰθυντὴρ Ἀγκαῖος ἀκηχέμενος ἀγόρευσεν·
„Ὠλόμεθ' αἰνότατον δῆθεν μόρον, οὐδ' ὑπάλυξις
ἔστ' ἄτης· πάρα δ' ἄμμι τὰ κύντατα πημανθῆναι
τῇδ' ὑπ' ἐρημαίῃ πεπτηότας, εἴ κεν ἀῆται
χερσόθεν ἀμπνεύσειαν· ἐπεὶ τεναγώδεα λεύσσω,
τῆλε περισκοπέων, ἅλα πάντοθεν· ἤλιθα δ' ὕδωρ
ξαινόμενον πολιῇσιν ἐπιτροχάει ψαμάθοισι.
καί κεν ἐπισμυγερῶς διὰ δὴ πάλαι ἥδε κεάσθη

1254. Ox. ἦν pro ἦτ'. 1255. μενοινώοντας Br. e 2. codd. In 2. Vatt. Vrat. μενοινόωντας. Ol. μενοινώωντας. 1256. Br. κε ῥέξ. ſine codd. 1257. f. Al. poſt χρόνον interr. notam habent, poſt ἠπείροιο punctum. 1260. Ol. ἀκηχεμένοις. Ex uno cod. Br. correxit. 1266. πολιῇσιν Vatt. Vr. et omn. codd. Br. Ol. πολιοῖσιν. 1267. Br. non monito lectore, ἤδ' ἐκεάσθη.

petrarum! certe etiam contra Iovis fatum proficiſcentibus
ſatius erat magnum quid conatos perire.
nunc vero quid faciamus, prohibiti a ventis
hic manere vel breviſſimum tempus, quum adeo deſerta
ora late patentis extendatur terrae?"
Sic dixit: tum vero ipſe ob gravitatem rerum adverſarum
gubernator *Ancaeus* moerens locutus eſt:
„Perimus triſtiſſimo ſane fato, neque effugium
eſt interitus; inſtant nobis duriſſima mala perferenda
in hanc deſertam regionem dejectis, ſi modo venti
e terra ſpirent; nam limoſum video,
longe circumſpiciens, mare undique; multum vero aqua
repercuſſa canis illiditur arenis.
atque miſere jam dudum haec diffracta fuiſſet

νηῦς ἱερὴ χέρσου πολλὸν πρόσω· ἀλλά μιν αὐτὴ
πλημμυρὶς ἐκ πόντοιο μεταχθονίην ἐκόμισσε.
νῦν δ᾽ ἡ μὲν πελαγόσδε μετέσσυται, οἴοθι δ᾽ ἅλμη
ἄπλοος εἱλεῖται, γαίης ὕπερ ὅσσον ἔχουσα.
τοὔνεκ᾽ ἐγὼ πᾶσαν μὲν ἀπ᾽ ἐλπίδα φημὶ κεκόφθαι
ναυτιλίης νόστου τε. δαημοσύνην γέ τις ἄλλος
φήνειεν· πάρα γάρ οἱ ἐπ᾽ οἰήκεσσι θαάσσειν
μαιομένῳ κομιδῆς. ἀλλ᾽ οὐ μάλα νόστιμον ἦμαρ
Ζεὺς ἐθέλει καμάτοισιν ἐφ᾽ ἡμετέροισι τελέσσαι.“
῝Ως φάτο δακρυόεις· σὺν δ᾽ ἔννεπον ἀσχαλόωντι,
ὅσσοι ἔσαν νηῶν δεδαημένοι· ἐν δ᾽ ἄρα πᾶσι
παχνώθη κραδίη, χύτο δὲ χλόος ἀμφὶ παρειάς.
οἷον δ᾽ ἀψύχοισιν ἐοικότες εἰδώλοισιν
ἀνέρες εἱλίσσονται ἀνὰ πτόλιν, ἢ πολέμοιο
ἢ λοιμοῖο τέλος ποτιδέγμενοι, ἠέ τιν᾽ ὄμβρον

1269. Duo Vatt. Vr. al. codd. *μεταχρονίην*. 1273. Ol. *δὲ τ.* In codd. aliter, ſed male, interpungitur. Legitur et *νόστου δὲ* — 1274. 2. Vatt. Vrat. et al. codd. *φαίνοιεν*, ut edd. pr. 1281. *πολέμοιο* cum Vatt. Vrat. Ol. *πτολέμοιο*.

navis ſacra longe admodum a terra, niſi eam ipſe
aeſtus ex mari ad terram appuliſſet.
nunc autem ille in pelagus retro vertitur, tantumque ſalum
non navigandum circumvolvitur, vix terra ſuperius.
quare ego omnem ſpem ajo praeciſam eſſe
navigationis reditusque: peritiam alius quis
oſtendat: licet enim ei ad gubernacula ſedere,
ſi deſiderat profectionem. at non facile reditus diem
Iupiter vult laboribus noſtris addere.“
Sic dixit lacrymabundus: aſſenſerunt autem moerenti,
quotquot erant navium periti (gubernandarum): omnibusque
diriguit cor, pallorque circumfuſus eſt genis.
ſicut vero inanibus ſimiles ſpectris
viri verſantur in urbe, aut belli
aut peſtis eventum exſpectantes, aut aliquem imbrem

ἄσπετον, ὅστε βοῶν κατὰ μυρία ἔκλυσεν ἔργα,
ἢ ὅταν αὐτόματα ξόανα ῥέῃ ἱδρώοντα
αἵματι, καὶ μυκαὶ σηκοῖς ἔνι φαντάζωνται,
ἠὲ καὶ ἠέλιος μέσῳ ἤματι νύκτ᾽ ἐπάγῃσιν.
οὐρανόθεν, τὰ δὲ λαμπρὰ δι᾽ ἠέρος ἄστρα φαείνῃ·
ὣς τότ᾽ ἀριστῆες δολιχοῦ πρόπαρ αἰγιαλοῖο,
ἤλυον ἑρπύζοντες. ἐπήλυθε δ᾽ αὐτίκ᾽ ἐρεμνὴ
ἕσπερος· οἱ δ᾽ ἐλεεινὰ χεροῖν σφέας ἀμφιβαλόντες
δακρυόειν ἀγάπαζον, ἵν᾽ ἄνδιχα δῆθεν ἕκαστος
θυμὸν ἀποφθίσειαν ἐνὶ ψαμάθοισι πεσόντες.
βὰν δ᾽ ἴμεν ἄλλυδις ἄλλος ἑκαστέρω αὖλιν ἑλέσθαι·
ἐν δὲ κάρη πέπλοισι καλυψάμενοι σφετέροισιν
ἄκμηνοι καὶ ἄπαστοι ἐκείατο νύχθ᾽ ὑπὸ πᾶσαν
καὶ φάος, οἰκτίστῳ θανάτῳ ἔπι. νόσφι δὲ κοῦραι

1285. *φαντάζονται* Vrat. Vatt. et nonn. Pariſſ. Neque tamen in hac ſerie Conjunctivorum recte legetur unus Indicativus. 1287. Vatt. Vr. *φαείνοι*. Nonn. codd. *φαείνει*. 1289. *ἤλυον* e conject. edidit Br. pro vulg. *ἤλυθον*, quod hic ineptum. 1292. *ἀποφθίσειαν* Vrat. Vatt. Br. Ol. *ἀποφθίσσειαν*. Codd. nonn. *ἀποφθίσειεν*. 1295. Codd. plur. etiam Vrat. Vatt. *νύκτ᾽ ἐπὶ π.*

immenſum, qui boum infinita inundando deſtruit opera (ſegetes),
aut cum ſponte ſua ſimulacra madeant ſudantia
ſanguine, et mugitus in templis audiri videantur,
aut etiam ſol medio die noctem induxerit
coelitus, ita ut ſplendida per aërem aſtra luceant:
ſic tum heroës juxta longum littus
moerebant repentes. ſupervenit autem ſtatim tenebricoſa
veſpera: illi miſerabiliter manibus ſe amplexi
flebiliter ſibi valedixerunt, ut ſeorſum ſcilicet quisque
animum (vitam) perderent in arenas prolapſi.
ibant autem alius alio ulterius, ut cubile ſibi caperent:
et capite palliis ſuis involuto
jejuni impranſique jacebant totam noctem
diemque, ad triſtiſſimam mortem. ſeparatim vero puellae (Phaeaciae)

ἀθρόαι Αἰήταο παρεστενάχοντο θυγατρί.
ὡς δ' ὅτ' ἐρημαῖοι πεπτηότες ἔκτοθι πέτρης
χηραμοῦ ἀπτῆνες λιγέα κλάζουσι νεοσσοί·
ἢ ὅτε καλὰ νάοντος ἐπ' ὀφρύσι Πακτωλοῖο
κύκνοι κινήσουσιν ἑὸν μέλος, ἀμφὶ δὲ λειμὼν
ἑρσήεις βρέμεται, ποταμοῖό τε καλὰ ῥέεθρα·
ὣς αἱ ἐπὶ ξανθὰς θέμεναι κονίῃσιν ἐθείρας
παννύχιαι ἐλεεινὸν ἰήλεμον ὠδύροντο.
καί νύ κεν αὐτοῦ πάντες ἀπὸ ζωῆς ἐλίασθεν
νώνυμνοι καὶ ἄφαντοι ἐπιχθονίοισι δαῆναι
ἡρώων οἱ ἄριστοι ἀνηνύστῳ ἐπ' ἀέθλῳ·
ἀλλά σφέας ἐλέηραν ἀμηχανίῃ μινύθοντας
ἡρῶσσαι, Λιβύης τιμήοροι, αἵ ποτ' Ἀθήνην,
ἦμος ὅτ' ἐκ πατρὸς κεφαλῆς θόρε παμφαίνουσα,
ἀντόμεναι Τρίτωνος ἐφ' ὕδασι χυτλώσαντο.

1299. λιγέα Vrat. Vatt. Br. Ol. λιγέως. 1301. κινήσουσιν cum Vrat. Vatt. Br. pro ol. vulg. κινήσωσιν. 1306. 4. Pariſſ. Vatt. νώνυμοι. In Vrat. ν ſupra ſcr. 1307. Ol. ὑπ' ἀ. Omnes codd. ἐπ'.

confertae circum Aeetae filiam gemebant.
ut vero deſerti lapſi ex petrae
caverna involucres argute pipiunt pulli;
aut ad pulcre fluentis crepidinem Pactoli
cygni emittere ſolent ſuum cantum, undique vero pratum
roſcidum fremit (reſonat), et fluvii pulcra fluenta:
ſic illae (puellae) flavis immiſſis pulveri (arenae) comis
per totam noctem flebilem ejulatum edebant.
atque ibi omnes vita privati eſſent
inglorii obſcurique hominibus cognitu (ignoti)
heroum praeſtantiſſimi non peracto labore:
at ipſorum miſertae ſunt rebus adverſis deficientium
heroinae, praeſides Libyae, quae quondam Minervam,
quum ex patris capite proſiliret ſplendens (armis),
obviam factae ad *Tritonis* aquas ſe laverunt.

ἔνδιον ἦμαρ ἔην, περὶ δ' ὀξύταται θέρον αὐγαὶ
ἠελίȣ Λιβύην· αἱ δὲ σχεδὸν Αἰσονίδαο
ἔσαν, ἕλον δ' ἀπὸ χερσὶ καρήατος ἠρέμα πέπλον.
αὐτὰρ ὅγ' εἰς ἑτέρωσε παλιμπετὲς ὄμματ' ἔνεικε
δαίμονας αἰδεσθείς· αὐταὶ δέ μιν ἀμφαδὸν οἶον
μειλιχίοις ἐπέεσσιν ἀτυζόμενον προσέειπον·
„Κάμμορε, τίπτ' ἔτι τόσσον ἀμηχανίῃ βεβόλησαι;
ἴδμεν ἐποιχομένȣς χρύσεον δέρας· ἴδμεν ἕκαστα
ὑμετέρων καμάτων, ὅσ' ἐπὶ χθονός, ὅσσα τ' ἐφ' ὑγρὴν
πλαζόμενοι κατὰ πόντον, ὑπέρβια ἔργ' ἐκάμεσθε.
οἰοπόλοι δ' εἰμὲν χθόνιαι θεαὶ, αὐδήεσσαι
ἡρῶσσαι, Λιβύης τιμήοροι ἠδὲ θύγατρες.
ἀλλ' ἄνα· μηδ' ἔτι τοῖον οἰζύων ἀκάχησο·
ἄνστησον δ' ἑτάρȣς. εὖτ' ἂν δέ τοι Ἀμφιτρίτη
ἅρμα Ποσειδάωνος ἐΰτροχον αὐτίκα λύσῃ,

1316. Ol. αὐτὸν δέ μιν. Br. ex ingenio correxit. Cf. III. 740. 1319. Codd. nonn. δέρος, et 1326. χθόνα. 1321. Ol. ἔργα κάμεσθε. E codd. Br. emend. 1322. χθόνιαι Vatt. Vrat. Br. Ol. χθόνιοι. Vulgo poſt αὐδήεσσαι comma ponitur. Malui jungi cum ἡρῶσσαι. 1324. Ol. μηδέ τι.

medius dies erat, et undique vehementiſſimi torrebant radii
ſolis *Libyam:* illae prope Iaſonem
ſteterunt, et detraxerunt manibus de capite leniter peplum.
at ille in aliam partem retro oculos avertit
deas reveritus: ipſae eum palam ſolum
blandis verbis moerentem allocutae ſunt:
„Infelix, quare usque adeo calamitate perculſus es?
ſcimus, vos petiiſſe aureum vellus: ſcimus omnes
veſtros labores, quae terra quaeque mari
errantes in ponto ingentia facta patraſtis.
deſerta autem incolentes ſumus indigenae deae, celebres
heroinae, Libyae tutelares atque filiae.
at ſurge! neque amplius ita aerumnis affectus luge;
excita ſocios! quando vero tibi *Amphitrite*
currum *Neptuni* celerem ſtatim ſolverit,

δή ῥα τότε σφετέρη ἀπὸ μητέρι τίνετ᾽ ἀμοιβὴν
ὧν ἔκαμε, δηρὸν κατὰ νηδύος ὔμμε φέρουσα·
καί κεν ἔτ᾽ ἠγαθέην ἐς Ἀχαιΐδα νοστήσαιτε.“
Ὣς ἄρ᾽ ἔφαν, καὶ ἄφαντοι, ἵν᾽ ἔσταθεν, ἔνθ᾽ ἄρα ταί γε
φθογγῇ ὁμοῦ ἐγένοντο παρασχεδόν. αὐτὰρ Ἰήσων
παπτήνας ἀνά ῥ᾽ ἕζετ᾽ ἐπὶ χθονὸς, ὧδέ τ᾽ ἔειπεν·
„Ἵλατ᾽ ἐρημονόμοι κυδραὶ θεαί· ἀμφὶ δὲ νόστῳ
οὔτι μάλ᾽ ἄντικρυς νοέω φάτιν. ἦ μὲν ἑταίρους
εἰς ἓν ἀγειράμενος μυθήσομαι, εἴ νύ τι τέκμωρ
δήοιμεν κομιδῆς· πολέων δέ τε μῆτις ἀρείων.“
Ἦ, καὶ ἀναΐξας ἑτάρους ἐπὶ μακρὸν ἄϋτει,
αὐσταλέος κονίῃσι, λέων ὣς, ὅς ῥά τ᾽ ἀν᾽ ὕλην
σύννομον ἣν μεθέπων ὠρύεται· αἱ δὲ βαρείᾳ
φθογγῇ ὑποτρομέουσιν ἀν᾽ οὔρεα τηλόθι βῆσσαι·

1327. Plur. codd. τείνετ᾽. 1332. In codd. et edd. nonn. ἂν (ſ. ἀν᾽) ἄρ᾽ ἕζετ᾽. 1334. Ol. ἀντικρὺ, quod ex ingenio Brunk. mutavit. 1336. Ol. δήωμεν. Nonn. codd. ut Vatt. δηΐομεν. 1339. βαρείᾳ cum plur. codd. ſervo. βαρεῖαι in Pariſſ. ex antiqua ſcribendi ratione ortum. Br. ex ingenio βαθεῖαι. 1340. Male Ox. in fine verſus comma ponit.

tum veſtrae matri perſolvite vices
eorum, quae perpeſſa eſt, diu utero vos geſtans:
atque porro in divinam Achaiam redibitis.“
Sic dixerunt, et conſpectui ſe eo loco, ubi ſteterant, illae
cum voce ſimul ſubtraxerunt ſtatim. at Iaſon
circumſpiciens conſedit in terra, et ita locutus eſt:
„Propitiae eſtote, deſerta incolentes, venerandae deae: de reditu
nondum quidem clare intelligo oraculum. profecto ſociis
in unum coactis narrabo, ſi forte aliquod ſignum
inveniamus reditus: multorum enim conſilium praeſtat.“
Dixit, et exſiliens ſocios magno clamore vocavit,
ſordidus pulvere, ut leo, qui per ſylvam
ſociam ſuam ſectans rugit: gravi autem
voce contremiſcunt in montibus procul ſaltus,

δείματι τ' ἄγραυλοί τε βόες μέγα πεφρίκασι,
βουπελάται τε βοῶν· τοῖς δ' οὐ νύ τι γῆρυς ἐτύχθη
ῥιγεδανὴ ἑτάροιο φίλου ἐπικεκλομένοιο.
ἀγχοῦ δ' ἠγερέθοντο κατηφέες· αὐτὰρ ὁ τούσγε
ἀχνυμένους ὅρμοιο πέλας μίγα θηλυτέρῃσιν
ἱδρύσας, μυθεῖτο πιφαυσκόμενος τὰ ἕκαστα.
„Κλῦτε, φίλοι· τρεῖς γάρ μοι ἀνιάζοντι θεάων,
στέρφεσιν αἰγείοις ἐζωσμέναι ἐξ ὑπάτοιο
αὐχένος ἀμφί τε νῶτα καὶ ἰξύας, ἠΰτε κοῦραι,
ἔσταν ὑπὲρ κεφαλῆς μάλ' ἐπισχεδόν· ἐκ δ' ἐκάλυψαν
πέπλον ἐρυσσάμεναι κούφῃ χερί, καί μ' ἐκέλοντο
αὐτόν τ' ἔγρεσθαι, ἀνά θ' ὑμέας ὄρσαι ἰόντα,
μητέρι τε σφετέρῃ μενοεικέα τῖσαι ἀμοιβὴν
ὧν ἔκαμε δηρὸν κατὰ νηδύος ἄμμε φέρουσα,
ὁππότε κεν λύσῃσιν ἐΰτροχον Ἀμφιτρίτη
ἅρμα Ποσειδάωνος. ἐγὼ δ' οὐ πάγχυ νοῆσαι

1343. φίλου Vrat. et pauci alii, quod pro φίλοις repoſui. Cf. Br. in App. 1346. Codd. nonn. πιφασκόμενος. 1347. Vr. ut Ox. αὐιάζοντι. 1349. ἰξύας Vrat. Vatt. Brunk. Ol. ἰξύος. 1350. Ol. ἂν δ' ἐκάλυψαν. Ex uno cod. Br. correxit. 1353. Ox. μενοηκέα, vitioſe. 1354. Ol. ἔκαμεν. Etiam Vr. ἔκαμε.

et metu cum boves in agris paſcentes valde horrent,
tum bubulci; illis (Argonautis) tamen non vox erat
horribilis ſocii amicos inclamantis.
prope autem convenerunt vultu demiſſo: at ille hos
triſtes juxta ſtationem permiſtos cum mulieribus
ſedere juſſos allocutus eſt, exponens omnia.
„Audite, inquit, amici! tres mihi moerenti deae
pellibus caprinis cinctae ex ſumma
cervice circum terga et lumbos, utpote puellae,
adſtiterunt ſupra caput proxime; retexeruntque
peplum detractum levi manu, et me juſſerunt
et ipſum ſurgere, et vos excitare,
atque matri veſtrae gratas perſolvere vices
eorum, quae paſſa eſt diu ventre nos geſtans,
quando ſolverit celerem *Amphitrite*
currum Neptuni. ego autem non omnino intelligere

τῆσδε θεοπροπίης ἴσχω πέρι. φάν γε μὲν εἶναι
ἡρῶσσαι, Λιβύης τιμήοροι ἠδὲ θύγατρες,
καὶ δ' ὁπόσ' αὐτοὶ πρόσθεν ἐπὶ χθονός, ἠδ' ὅσ' ἐφ' ὑγρὴν
ἔτλημεν, τὰ ἕκαστα διίδμεναι εὐχετόωντο.
οὐδ' ἔτι τάσδ' ἀνὰ χῶρον ἐσέδρακον, ἀλλά τις ἀχλὺς
ἠὲ νέφος μεσσηγὺ φαεινομένας ἐκάλυψεν."
"Ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα πάντες ἐθάμβεον εἰσαΐοντες.
ἔνθα τὸ μήκιστον τεράων Μινύαισιν ἐτύχθη.
ἐξ ἁλὸς ἠπειρόνδε πελώριος ἔκθορεν ἵππος,
ἀμφιλαφής, χρυσέῃσι μετήορος αὐχένα χαίταις·
ῥίμφα δὲ σεισάμενος γυίων ἄπο νήχυτον ἅλμην
ὦρτο θέειν, πνοιῇ ἴκελος πόδας. αἶψα δὲ Πηλεὺς
γηθήσας ἑτάροισιν ὁμηγερέεσσι μετηύδα·
„Ἅρματα μὲν δὴ φημὶ Ποσειδάωνος ἔγωγε
ἤδη νῦν ἀλόχοιο φίλης ὑπὸ χερσὶ λελύσθαι·

1357. Vrat. Vatt. et ſex Pariſſ. τῆσδε. Ol. τῆς γε. 1358. Plene in fine verſus interpunxit Ox. 1359. ἐφ' ὑγρῆς Flor. Ald. Steph. ὑγρὴν etiam Vrat. 1361. Ol. οὐδέ τι. 1364. Μινύαισιν Vr. Brunk. codd. Ol. Μινύεσσιν. In 2. Vatt. Μινύησιν. 1365. Vulg. ἄνθορεν. Quod dedi, eſt in Vrat. Vatt. et exquiſitius. 1367. Ox. γυίων.

hoc oraculum valeo. dixerunt quidem ſe eſſe
heroïnas, Libyae praeſides atque filias,
et quae ipſi antehac in terra quaeque mari
ſuſtinuimus, omnia ſe ſcire gloriabantur.
neque amplius has eo loco vidi, ſed quaedam caligo
aut nubes in medio conſpectas cooperuit."
Sic dixit: illi igitur omnes ſtupuerunt audientes.
tum maximum Minyis portentum oblatum eſt.
e mari in terram ingens exſiluit equus,
utrimque comatus, aureis cervicem elatam gerens jubis:
celeriter vero excuſſa de corpore affuſa aqua marina
properavit, vento ſimilis pedes; ſtatimque *Peleus*
gaviſus ad ſocios congregatos dixit:
„Currum quidem ajo Neptuni
jam nunc uxoris carae manibus ſolutum eſſe.

μητέρα δ' οὐκ ἄλλην προτιόσσομαι, ἠέ περ αὐτὴν
νῆα πέλειν· ἣ γὰρ κατὰ νηδύος ἄμμε φέρουσα
νωλεμὲς ἀργαλέοισιν ὀϊζύει καμάτοισιν.
ἀλλά μιν ἀστεμφεῖ τε βίῃ καὶ ἀτειρέσιν ὤμοις
ὑψόθεν ἀνθέμενοι, ψαμαθώδεος ἔνδοθι γαίης
οἴσομεν, ᾗ προτέρωσε ταχὺς πόδας ἤλασεν ἵππος.
οὐ γὰρ ὅ γε ξηρὴν ὑποδύσεται· ἴχνια δ' ἡμῖν
σημανέειν τιν' ἔολπα μυχὸν καθύπερθε θαλάσ-
σης.“
Ὣς ηὔδα· πάντεσσι δ' ἐπήβολος ἥνδανε μῆτις.
Μουσάων ὅδε μῦθος· ἐγὼ δ' ὑπακουὸς ἀείδω
Πιερίδων, καὶ τήνδε πανατρεκὲς ἔκλυον ὀμφήν,
ὑμέας, ὦ πέρι δὴ μέγα φέρτατοι υἷες ἀνάκτων,
ᾗ βίῃ, ᾗ τ' ἀρετῇ Λιβύης ἀνὰ θῖνας ἐρήμους
νῆα μεταχθονίην, ὅσα τ' ἔνδοθι νηὸς ἄγεσθε,

1373. Ol. *ἣ γὰρ κ.* Codd. nonn. etiam Vr. 2. Vatt. *ἄμ. φ. ἡμέας ἀργ.* In Guelf. tamen: *αἰὲν ἔχουσα ἡμέας ἀργ.* 1378. Ol. *ὑποδύσσεται.* Etiam Vr. *ὑποδύσεται.* 1380. *ἐπίκλοπος verſutum* mavult Matthiae. 1384. *τ'* inſeruit Br. euphoniae cauſa. 1385. Plur. codd. et Ald. *μεταχρονίην.* Mox Vatt. Vrat. et al. codd. *ἄγεσθαι*, ut 1554. Vrat. *δέχθαι* pro *δέχθε.*

matrem vero non aliam auguror, quam ipſam
navem eſſe: ea enim ventre nos geſtans
continuo difficilibus premitur laboribus.
itaque eam immota vi et indomitis humeris
ſuperimpoſitam, intra arenoſam terram
portabimus, qua ulterius celer progreſſus eſt equus.
neque enim ille terram ſubibit; immo veſtigia (ejus) nobis
ſignificatura ſpero ſinum aliquem imminentem mari.“
Sic locutus eſt: omnibus vero congrua placuit ſententia.
Muſarum (poëtarum) haec eſt fabula: ego miniſter cano
Pieridum, atque hanc certiſſime audivi famam,
vos, longe praeſtantiſſimi filii regum
veſtro robore, veſtraque virtute per Libyae colles deſertos
navem ſublimem, et quaecunque navi vexiſtis,

ἀνθεμένοι ὤμοισι, φέρειν δυοκαίδεκα πάντα
ἦμαθ' ὁμοῦ νύκτας τε. δύην γε μὲν ἢ καὶ ὀϊζὺν
τίς κ' ἐνέποι, τὴν κεῖνοι ἀνέπλησαν μογέοντες;
ἔμπεδον ἀθανάτων ἔσαν αἵματος, οἷον ὑπέσταν
ἔργον, ἀναγκαίῃ βεβολημένοι. αὐτὰρ ἐπιπρὸ
τῆλε μάλ' ἀσπασίως Τριτωνίδος οἴδμασι λίμνης
ὡς φέρον, ὡς εἰσβάντες ἀπὸ στιβαρῶν θέσαν ὤμων.
Λυσσαλέοις δ' ἤπειτ' ἴκελοι κυσὶν ἀΐσσοντες
πίδακα μαστεύεσκον· ἐπὶ ξηρὴ γὰρ ἔκειτο
δίψα δυηπαθίῃ τε καὶ ἄλγεσιν. οὐδ' ἐμάτησαν
πλαζόμενοι· ἷξον δ' ἱερὸν πέδον, ᾧ ἔνι Λάδων
εἰσέτι που χθιζὸν παγχρύσεα ῥύετο μῆλα
χώρῳ ἐν Ἄτλαντος, χθόνιος ὄφις· ἀμφὶ δὲ Νύμφαι
Ἑσπερίδες ποίπνυον ἐφίμερον ἀείδουσαι.

1388. ἀνέπλησαν Vatt. 4. Pariſſ. Med. Guelf. ed. Ald. Ol. ἐνέπλησαν, ut Flor. 1390. Ol. βεβιημένοι. E 4. Pariſſ. mutavit Br. 1391. Ol. ὕδασι. 1392. ſecundo loco ὡς Ox. Omittunt nonn. codd. 1394. Ol. ξηρῇ. 1395. Comma olim poſt δίψα.

humeris impoſita, portaſſe duodecim integris
diebus ſimul noctibusque. aerumnam quidem aut etiam miſeriam
quis effari poſſit; quam illi exantlarunt laborantes?
certo ex deorum erant ſanguine, quantum ſuſtinuerunt
opus, neceſſitate impulſi. verum ad
Tritonidis aquas paludis procul admodum lubenter
ſimulac deportarant, ſtatim ingreſſi de validis depoſuerunt humeris.
Rabidis deinde ſimiles canibus incitati
fontem quaerebant: nam arida (vehemens) acceſſit
ſitis ad aerumnam atque dolores. neque operam perdiderunt
errantes, ſed ad ſacrum venerunt ſolum, in quo *Ladon*
adhuc humi aurea cuſtodierat mala
in loco, quem Atlas habitaverat, terreſtris ſerpens: circa vero Nymphae
Heſperides occupatae fuerant ſuaviter canentes.

δὴ τότε γ' ἤδη κεῖνος ὑφ' Ἡρακλῆϊ δαϊχθεὶς
μήλειον βέβλητο ποτὶ στύπος· οἰόθι δ' ἄκρη
οὐρῇ ἔτι σπαίρεσκεν· ἀπὸ κρατὸς δὲ κελαινὴν
ἄχρις ἐπ' ἄκνηστιν κεῖτ' ἄπνοος· ἐκ δὲ λιπόντων
ὕδρης Λερναίης χόλον αἵματι πικρὸν οἰστῶν,
μυῖαι πυθομένοισιν ἐφ' ἕλκεσι τερσαίνοντο.
ἀγχοῦ δ' Ἑσπερίδες κεφαλῇς ἐπὶ χεῖρας ἔχουσαι
ἀργυφέας ξανθῇσι, λίγ' ἔστενον· οἱ δ' ἐπέλασσαν
ἄφνω ὁμοῦ· ταὶ δ' αἶψα κόνις καὶ γαῖα, κιόντων
ἐσσυμένως, ἐγένοντο καταυτόθι. νώσατο δ' Ὀρφεὺς
θεῖα τέρα, στὰς δέ σφε παρηγορέεσκε λιτῇσι·
„Δαίμονες ὦ καλαὶ καὶ εὔφρονες, ἵλατ', ἄνασσαι,
εἴτ' οὖν οὐρανίῃς ἐναρίθμιοι ἐστὲ θεῇσιν,

1400. Vrat. 2. Vatt. δὴ τότε δὴ τῆμος. 1401. ſ. Ol. ἄκρη. ἀρὴ — σκαίρεσκεν. Priora e 4. codd. Parr., poſtremum e conjeſt. mutavit Br. 1406. Ol. κεφαλαῖς. 1407. Ol. οἱ δὲ πέλασσαν. δ' ἐπέλ. etiam Vrat. Vatt. 1410. Ol. ταὶς δέ σφι π. In 4. Parr. στὰς, tum σφε e legibus gramm. poſtulabatur. 1411. Ol. εὔφρονες. ἐΰφρονες Vrat. 1412. ſ. Ol. οὐρανίαις — καταχθονίαις.

tum jam ille ab Hercule interfectus
ad arboreum jacebat truncum, tantumque ſumma
cauda adhuc palpitabat: a capite autem ad atram
usque ſpinam jacebat exanimis: quum vero reliquiſſent
hydrae *Lernaeae* virus amarum in ſanguine ſagittae (Herculis),
muſcae in putreſcentibus vulneribus exareſcebant.
prope autem *Heſperides* capitibus manus imponentes
candidas flavis acute gemebant: illi acceſſerunt
repente una: hae ſtatim pulvis et terra, venientibus illis
celeriter, factae ſunt ibi: agnovit vero *Orpheus*
divina portenta, adſtansque eas his allocutus eſt precibus:
„O pulcrae benevolaeque deae, propitiae eſtote, reginae,
ſive coeleſtibus adnumeratae eſtis deabus,

εἴτε καταχθονίης, εἴτ' οἰοπόλοι καλέεσθε
Νύμφαι· ἴτ' ὦ Νύμφαι, ἱερὸν γένος Ὠκεανοῖο,
δείξατ' ἐελδομένοισιν ἐνωπαδὶς ἄμμι φανεῖσαι,
ἤ τινα πετραίην χύσιν ὕδατος, ἤ τινα γαίης
ἱερὸν ἐκβλύοντα, θεαὶ, ῥόον, ᾧ ἀπὸ δίψαν
αἰθομένην ἄμοτον λωφήσομεν. εἰ δέ κεν αὖτις
δή ποτ' Ἀχαιΐδα γαῖαν ἱκώμεθα ναυτιλίῃσι,
δὴ τότε μυρία δῶρα μετὰ πρώτῃσι θεάων,
λοιβάς. τ' εἰλαπίνας τε παρέξομεν εὐμενέοντες."
Ὣς φάτο λισσόμενος ἀδινῇ ὀπί· ταὶ δ' ἐλέηραν
ἐγγύθεν ἀχνυμένους· καὶ δὴ χθονὸς ἐξανέτειλαν
ποίην πάμπρωτον· ποίης γε μὲν ὑψόθι μακροὶ
βλάστεον ὅρπηκες· μετὰ δ' ἔρνεα τηλεθόωντα
πολλὸν ὑπὲρ γαίης ὀρθοσταδὸν ἠέξοντο.
Ἑσπέρη, αἴγειρος· πτελέη δ', Ἐρυθηῒς ἔγεντο·

1417. Male edd. nonn. ᾧ ἄπο. 1418. αὖτις cum Vr. Br. pro vulg. αὖθις. Pro κεν male codd. plur. καί. 1422. Ol. ἐλέαιρον. 1425. Ox. ὕρπηκες, ſed et Vrat. ὅρπηκες. Mox ol. τηλεθάοντα. Ed. Flor. τηλεθάωντα.

ſive terreſtribus, ſive deſerta incolentes appellamini
Nymphae: agite Nymphae, ſacra Oceani progenies,
oſtendite deſiderantibus coram nobis conſpectae
aut e ſaxo promanantem aquae ſcatebram, aut quendam e terra
ſacrum ebullientem, deae, fontem, quo ſitim
ardentem omnino reſtinguamus. ſi vero iterum
aliquando in Achaiam venerimus navigando,
tum innumera dona (vobis) in primis dearum
libationesque et epulas praebebimus grati."
Sic dixit ſupplicans flebili voce: illae miſeratae ſunt
prope dolentes: atqui e terra produxerunt
plantam primum: ex planta vero in altum longi
progerminarunt ſurculi: tum rami virentes
multum ſuper terra erecti creſcebant.
Heſpere, populus, *Erytheis*, ulmus facta eſt,

Αἴγλη δ' ἰτείης ἱερὸν στύπος. ἐκ δέ νυ κείνων
δενδρέων, οἷαι ἔσαν, τοῖαι πάλιν ἔμπεδον αὔτως
ἐξέφανεν, θάμβος περιώσιον· ἔκφατο δ' Αἴγλη
μειλιχίοις ἐπέεσσιν ἀμειβομένη χατέοντας·
„Ἦ ἄρα δὴ μέγα πάμπαν ἐφ' ὑμετέροισιν ὄνειαρ
δεῦρ' ἔμολε καμάτοισιν ὁ κύντατος, ὅστις ἀπέρας
φρουρὸν ὄφιν ζωῆς, παγχρύσεα μῆλα θεάων
οἴχετ' ἀειράμενος· στυγερὸν δ' ἄχος ἄμμι λέλειπται.
ἤλυθε γὰρ χθιζός τις ἀνὴρ ὀλοώτατος ὕβριν
καὶ δέμας, — ὄσσε δέ οἱ βλοσυρῷ ὑπέλαμπε μετώπῳ —
νηλής· ἀμφὶ δὲ δέρμα πελωρίου ἔστο λέοντος
ὠμόν, ἀδέψητον· στιβαρὸν δ' ἔχεν ὄζον ἐλαίης,
τόξα τε, τοῖσι πέλωρ τόδ' ἀπέφθισεν ἰοβολήσας.
ἤλυθε δ' οὖν κἀκεῖνος, ἅτε χθόνα πεζὸς ὁδεύων,

1433. Ol. ἔμολεν. 1435. Flor. et Steph. ἀειρόμενος. Etiam Vrat. Vatt. ἀειράμενος. 1437. ſ. Diſtinctione locum juvi. Ita nulla opus mutatione voc. νηλής, quod cum ἀνήρ cohaeret. 1441. Vatt. ἤλυθεν οὖν.

Aegle autem ſalicis ſacer truncus. ex illis vero
arboribus, quales erant, tales iterum omnino ſic
apparuerunt, ſpectaculum maxime mirandum: locuta autem eſt *Aegle*
blandis verbis reſpondens deſiderantibus:
„Profecto maximo veſtris adjumento
huc venit laboribus audaciſſimus ille, quisquis erepta
cuſtodi ſerpenti vita, aurea mala dearum
abſtulit ſecum; inviſus vero dolor nobis relictus eſt.
venit enim heri vir quidam ſaeviſſimus vi
et corpore, — oculi ei ſub torva ſplendebant fronte, —
immitis: circumdatus pelle ingentis erat leonis
cruda, nondum ſubacta: validum autem geſtabat ramum oleae
et ſagittas, quibus monſtrum hoc confecit jaculatus.
venit igitur et ille, utpote per terram pedes iter faciens,

δίψῃ καρχαλέος· παίφασσε δὲ τόνδ᾽ ἀνὰ χῶρον,
ὕδωρ ἐξερέων, τὸ μὲν ου ποθι μέλλεν ἰδέσθαι.
ἤδε δέ τις πέτρη Τριτωνίδος ἐγγύθι λίμνης,
τὴν ὅγ᾽ ἐπιφρασθεὶς, ἢ καὶ θεοῦ ἐννεσίῃσι,
λὰξ ποδὶ τύψεν ἔνερθε· τὸ δ᾽ ἀθρόον ἔβλυσεν ὕδωρ.
αὐτὰρ ὅγ᾽ ἄμφω χεῖρε πέδῳ καὶ στέρνον ἐρείσας
ῥωγάδος ἐκ πέτρης πίεν ἄσπετον, ὄφρα βαθεῖαν
νηδὺν, φορβάδι ἶσος ἐπιπροπεσὼν, ἐκορέσθη."
Ὣς φάτο· τοὶ δ᾽ ἀσπαστὸν ἵνα σφίσι πέφραδεν Αἴγλη
πίδακα, τῇ θέον αἶψα κεχαρμένοι, ὄφρ᾽ ἐπέκυρσαν.
ὡς δ᾽ ὁπότε στεινὴν περὶ χηραμὸν εἱλίσσονται
γειομόροι μύρμηκες ὁμιλαδὸν, ἢ ὅτε μυῖαι
ἀμφ᾽ ὀλίγην μέλιτος γλυκεροῦ λίβα πεπτηυῖαι
ἄπλητον μεμάασιν ἐπήτριμοι· ὣς τότ᾽ ἀολλεῖς

1442. Codd. nonn. καρφαλέος. 1444. Cum Vr. et edd. pr. ſcripſi: ἤδε δέ τις π. Monſtrant rupem. In Vatt. ἤδη δ. τ. Hoelzl. et Ox. ἦδε δέ τις. Br. e quinque Pariſſ. et ed. Par. ἦν δ᾽ ἄρα τις. Sed ipſe videt, eſſe debuiſſe: ἔστι δέ τις. 1445. Ol. αἰνεσίῃσι. Omnes codd. ἐννεσίῃσι. 1455. Ol. ἀπλήκτον. Etiam Vrat. Vatt. cum Br. codd. ἄπλητον.

ſiti aridus: inveſtigabatque per hunc locum
aquam quaerens, quam tamen nunquam viſurus erat.
haec vero eſt rupes quaedam, prope Tritonidem paludem,
quam ipſe cognoſcens, aut etiam dei monitu,
calce pedis feriit imam, et copioſa ebulliit aqua.
at ille utraque manu et pectore terrae infixo
rupta ex petra bibit largiſſime, donec amplum
ventrem, juvencae ſimilis procumbens, expleſſet."
Sic dixit: illi, optatum ubi ipſis oſtenderat *Aegle*
fontem, eo ſtatim cucurrerunt laeti, donec attingerent.
ut vero circa anguſtam rupis fiſſuram verſantur
laborioſae formicae catervatim, aut muſcae
circum exiguam mellis dulcis guttam volantes
vehementiſſime appetunt confertae: ita tum frequentes

πετραίῃ Μινύαι περὶ πίδακι δινεύεσκον.
καί πού τις διεροῖς ἐπὶ χείλεσιν εἶπεν ἰανθείς·
„Ὦ πόποι, ἦ καὶ νόσφιν ἐὼν ἐσάωσεν ἑταίρους
Ἡρακλέης, δίψῃ κεκμηότας. ἀλλά μιν εἴ πως
δήοιμεν στείχοντα δι' ἠπείροιο κιόντες.“
Ἦ, καὶ ἀμειβομένων, οἵ τ' ἄρμενοι ἐς τόδε ἔργον,
ἔκριθεν ἄλλυδις ἄλλος ἐπαΐξας ἐρεείνειν.
ἴχνια γὰρ νυχίοισιν ἐπηλίνδητ' ἀνέμοισι,
κινυμένης ἀμάθου. Βορέαο μὲν ὡρμήθησαν
υἷε δύω, πτερύγεσσι πεποιθότε· ποσσὶ δὲ κούφοις
Εὔφημος πίσυνος, Λυγκεύς γε μὲν ὀξέα τηλοῦ
ὄσσε βαλεῖν· πέμπτος δὲ μετὰ σφίσιν ἔσσυτο Κάνθος.
τὸν μὲν ἄρ' αἶσα θεῶν κείνην ὁδὸν, ἠνορέη τε
ὦρσεν, ἵν' Ἡρακλῆος ἀπηλεγέως πεπύθοιτο,

1459. κεκμηότας Vrat. Vatt. Br. Ol. κεκμηκότας. 1461. οἵ τ' ἄ. Vrat. 2. Vatt. Br. codd. In Flor. οἵ θ'. Vulg. ol. οἵ γ'. 1462. Steph. e Flor. ἐρέεινον. In omn. codd. ἐρεείνειν. 1463. Flor. Steph. ἐπηλίνδετ'. 1465. ποσσὶ δὲ Vrat. 2. Vatt. Br. Ol. ποσσί τε.

circa rupis fontem *Minyae* verſabantur.
et forte aliquis humidis labris dixit exhilaratus:
„Papae, profecto etiam ſejunctus ſervavit ſocios
Hercules, ſiti fatigatos. at eum utinam
inveniamus incedentem per terram euntes!“
Dixit, et excipientibus illis, qui quidem apti ad hoc negotium erant,
diſceſſerunt. alio alius profectus ad inveſtigandum.
veſtigia enim nocturnis deleta erant ventis
commota arena. Boreae quidem abierunt
filii duo, alis confiſi: pedibus autem velocibus
Euphemus fretus; *Lynceus* quod acutos procul
oculos mittere valebat; quintus cum iis abiit *Canthus*.
hunc quidem fatum deorum, et fortitudo illam viam inire
juſſit. ut ab Hercule clare cognoſceret,

Εἰλατίδην Πολύφημον ὅπῃ λίπε· μέμβλετο γάρ οἱ
ȣ̃ ἕθεν ἀμφ' ἑτάροιο μεταλλῆσαι τὰ ἕκαςα.
ἀλλ' ὁ μὲν ȣ̃ν Μυσοῖσιν ἐπικλεὲς ἄςυ πολίσσας,
νόςȣ κηδοσύνῃσιν ἔβη διζήμενος Ἀργὼ
τῆλε δι' ἠπείροιο· τέως δ' ἐξίκετο γαῖαν
ἀγχιάλων Χαλύβων, τόθι μιν καὶ Μοῖρ' ἐδάμασσε,
καί οἱ ὑπὸ βλωθρὴν ἀχερωΐδα σῆμα τέτυκται
τυτθὸν ἁλὸς προπάροιθεν. αὐτὰρ τότε γ' Ἡρακλῆα
μȣ̃νον ἀπειρεσίης τηλȣ̃ χθονὸς εἴσατο Λυγκεὺς
τὼς ἰδέειν, ὥς τίς τε νέῳ ἐνὶ ἤματι μήνην
ἢ ἴδεν, ἢ ἐδόκησεν ἐπαχλύȣσαν ἰδέσθαι.
ἐς δ' ἑτάρȣς ἀνιὼν μυθήσατο, μή μιν ἔτ' ἄλλον
μαςῆρα ςείχοντα κιχησέμεν· ὣς δὲ καὶ αὐτοὶ
ἤλυθον, Εὔφημός τε πόδας ταχύς, υἷε τε δοιὼ
Θρηΐκιȣ Βορέω, μεταμώνια μοχθήσαντες.

1473. Codd. nonn. ἐμήσατο διζήμενος. Forſan antiquior lectio fuit: ἐμήσατο διζέμεν. 1482. Ol. οἱ δὲ καὶ — Br. e codd. correxit. 1484. Ol. μοχθίζοντες. 2. Vatt. cum Br. μοχθήσαντες, Vr. μοχθήσαντε.

Elati filium *Polyphemum* ubi reliquerit: curae enim ei erat,
de ſuo ſocio exquirere omnia.
at ille, *Myſis* celebri urbe condita,
reditus cura (impulſus) abierat quaeſiturus Argo
procul per terram: intereaque venerat in terram
maritimorum *Chalybum*, ubi ipſum etiam Fatum perdomuit,
illique procera ſub populo ſepulcrum factum eſt
paullulum ante mare. — at tum Herculem
ſolus immenſa procul terra videbatur *Lynceus*
ita conſpicere, ut quis novo die (novilunio) lunam
aut vidit, aut putat ſe obnubilatam vidiſſe.
ad ſocios igitur reverſus dixit, non eum alium,
qui perſequatur eundo, aſſecuturum eſſe: ita vero etiam ipſi
redierunt *Euphemus* pedibus velox, filiique gemini
Thracii *Boreae*, fruſtra labore ſuſcepto.

Κάνθε, σὲ δ' ὀλόμεναι Λιβύῃ ἔνι Κῆρες ἕλοντο.
πώεσι φερβομένοισι συνήντεες· εἵπετο δ' ἀνὴρ
αὐλείτης, ὅ σ' ἑῶν μήλων πέρι, τόφρ' ἑτάροισι
δευομένοις κομίσειας, ἀλεξόμενος κατέπεφνε,
λᾶϊ βαλών· ἐπεὶ ȣ̓ μὲν ἀφαυρότερός γ' ἐτέτυκτο
υἱωνὸς Φοίβοιο Λυκωρείοιο Κάφαυρος
κȣ́ρης τ' αἰδοίης Ἀκακαλλίδος, ἥν ποτε Μίνως
ἐς Λιβύην ἀπένασσε, θεȣ̃ βαρὺ κῦμα φέρȣσαν,
θυγατέρα σφετέρην· ἡ δ' ἀγλαὸν υἱέα Φοίβῳ
τίκτεν, ὃν Ἀμφίθεμιν Γαράμαντά τε κικλήσκȣσιν.
Ἀμφίθεμις δ' ἄρ' ἔπειτα μίγη Τριτωνίδι Νύμφῃ·
ἡ δ' ἄρα οἱ Νασάμωνα τέκε, κρατερόν τε Κάφαυρον,
ὃς τότε Κάνθον ἔπεφνεν ἐπὶ ῥήνεσσιν ἑοῖσιν.
ȣ̓δ' ὅγ' ἀριστήων χαλεπὰς ἠλεύατο χεῖρας,
ὡς μάθον οἷον ἔρεξε. νέκυν δ' ἀνάειραν ὀπίσσω

1487. Codd. nonn. αὐλήτης. Tum ol. ὃς ἑῶν. Emendavit Br. 1489. Ol. ȣ̓ μιν. 1495. Br. ſine codd. ἔπειτ' ἐμίγη. 1497. Ol. ἐπιῤῥήνεσσιν. Iam Steph. emendaverat.

Canthe, te vero exitioſae in Libya Parcae corripuerunt.
in greges paſcentes incidiſti: inſequebatur eos quidam
villicus, qui te, pecudes, dum ad ſocios
indigentes portares, defendens interfecit,
lapide percuſſum: neque enim imbecillior erat
nepos *Phoebi Lycorei Caphaurus*
et puellae venerandae *Acacallidis*, quam olim *Minos*
in Libyam tranſtulerat, dei gravem foetum geſtantem,
filiam ſuam; illa vero clarum filium Phoebo
peperit, quem *Amphithemin* et *Garamantem* appellant.
Amphithemis autem poſtea rem habuit cum *Tritonide* Nympha;
haec ei *Naſamonem* peperit et validum *Caphaurum*,
qui tum *Canthum* interemit propter oves ſuas.
neque ille heroum graves effugit manus,
ut cognoverunt, quae feciſſet. cadaver autem ſuſtulerunt

πευθόμενοι Μινύαι, γαίῃ τ' ἐνὶ ταρχύσαντο
μυρόμενοι· τὰ δὲ μῆλα μετὰ σφέας οἵ γ' ἐκόμισσαν.
Ἔνθα καὶ Ἀμπυκίδην αὐτῷ ἐνὶ ἤματι Μόψον
νηλειὴς ἕλε πότμος· ἀδευκέα δ' οὐ φύγεν αἶσαν
μαντοσύναις· οὐ γάρ τις ἀποτροπίη θανάτοιο.
κεῖτο δ' ἐπὶ ψαμάθοισι μεσημβρινὸν ἦμαρ ἀλύσκων
δεινὸς ὄφις, νωθὴς μὲν ἑκὼν ἀέκοντα χαλέψαι·
οὐδ' ἂν ὑποτρέσσαντος ἐνωπαδὶς ἀΐξειεν.
ἀλλά κεν ᾧ τὰ πρῶτα μελάγχιμον ἰὸν ἐνείη
ζωόντων, ὅσα γαῖα φερέσβιος ἔμπνοα βόσκει,
οὐδ' ὅσσον πήχυιον ἐς Ἄϊδα γίγνεται οἶμος,
οὐδ' εἰ Παιήων, εἴ μοι θέμις ἀμφαδὸν εἰπεῖν,
φαρμάσσοι, ὅτε μοῦνον ἐνιχρίμψῃσιν ὀδοῦσιν.

1500. πευθόμενοι Pariſ. Steph. Br, cum codd. Ol. πυθόμενοι. Mox ol. γαίη δ'. Meliorem interpunct. et lect. ſeqq. jam Hoeltzl. receperat. Antea poſt ταρχύσαντο diſtinguebatur, et legebatur μυρόμενοι δὲ τὰ μ. 1508. Al. ταπρῶτα. Male Steph. μελάγχυμον. 1510. Ol. οὐδ' ὁπόσον. 1511. οὐδ' εἰ Vr. 2. Vatt. cum Br. Ol. οὐδ' ἤν. 1512. φαρμάσσοι Vrat. un. Vat. codd. 4. ap. Brunk. cum edd. pr. Ol. φαρμάσσῃ.

Minyae quaeſitum, et in terra ſepeliverunt
lugentes: ſed pecudes ad ſe illi abegerunt.
Ibi etiam *Ampyci* filium eodem die *Mopſum*
crudele rapuit fatum, acerbamque non effugit mortem
vaticinandi arte; neque enim ullo modo depelli poteſt mors.
jacebat enim in arena meridiem devitans
horrendus ſerpens, tardus ad laedendum ſponte ſua nolentem:
neque in fugientem palam impetum feciſſet.
at cuicunque primum atrum virus immiſerit
animalium, quae terra frugifera viventia nutrit,
ei ne cubitum quidem longa (breviſſima) ad Orcum eſt via,
ne ſi Paean quidem, (ſi mihi fas eſt aperte dicere)
medicamina praebuerit, quando tantum attigerit dentibus.

εὖτε γὰρ ἰσόθεος Λιβύην ὑπερέπτατο Περσεὺς
Εὐρυμέδων (καὶ γὰρ τὸ κάλεσκέ μιν οὔνομα μήτηρ)
Γοργόνος ἀρτίτομον κεφαλὴν βασιλῆϊ κομίζων,
ὅσσαι κυανέου στάγες αἵματος οὖδας ἵκοντο,
αἱ πᾶσαι κείνων ὀφίων γένος ἐβλάστησαν.
τῷ δ' ἄκρην ἐπ' ἄκανθαν ἐνεστηρίξατο Μόψος,
λαιὸν ἐπιπροφέρων ταρσὸν ποδός· αὐτὰρ ὁ μέσσην
κερκίδα καὶ μυῶνα, πέριξ ὀδύνῃσιν ἑλιχθεὶς,
σάρκα δακὼν, ἐχάραξεν. ἀτὰρ Μήδεια καὶ αὐταὶ
ἔτρεσαν ἀμφίπολοι· ὁ δὲ φοίνιον ἕλκος ἄφασσε
θαρσαλέως, ἐπεὶ οὔ μιν ὑπέρβιον ἄλγος ἔτειρε,
σχέτλιος· ἦ τέ οἱ ἤδη ὑπὸ χροῒ δύετο κῶμα
λυσιμελὲς, πολλὴ δὲ κατ' ὀφθαλμῶν χέετ' ἀχλύς.
αὐτίκα δὲ κλίνας δαπέδῳ βεβαρηότα γυῖα
ψύχετ' ἀμηχανίῃ· ἕταροι δέ μιν ἀμφαγέροντο,

1514. Codd. aliquot, etiam Vrat. καλέεσκε. Vnde legi poſſit: τόδε γὰρ καλέεσκέ μ. 1516. In 4. Pariſſ. κυάνεαι. 1519. Al. ὁ. 1521. In omn. libr. eſt: καὶ ἄλλαι. Ex ingenio emendavit Br. 1523. Ol. ἐπεί ἕ μ. ὑ. ἕλκος. ἐπεὶ Vrat. in textu, duo codd. ap. Br. in margine habent. ἄλγος ex ingenio Br. 1525. Pariſſ. 4. κέχυτ'.

cum enim divinus Libyam ſupervolaret *Perſeus*
Eurymedon (nam hoc appellarat eum nomine mater)
Gorgonis modo amputatum caput regi allaturus,
quotquot atri guttae cruoris in terram delapſae ſunt,
eae omnes iſtorum genus ſerpentum produxerunt. —
ei vero in ſummam ſpinam impreſſit *Mopſus*
laevam, dum promovet, plantam pedis; at ille medium
os tibiae et ſuram, prae dolore circumvolutus,
carnem mordens, incidit. Medea et ipſae
trepidarunt ancillae: ille cruentum vulnus contrectavit
animoſe, quoniam non eum ingens dolor affligebat,
miſer: jam enim ejus corpus ſubiit ſopor
ſolvens membra, multaque oculis affuſa eſt caligo;
ſtatimque reclinans in ſolo gravata membra
diriguit (exſpiravit) malo (ex venenato morſu). circa eum autem ſocii congregabantur,

ἥρως τ' Αἰσονίδης, ἀδινῇ περιθαμβέες ἄτῃ.
οὐδὲ μὲν οὐδ' ἐπὶ τυτθὸν ἀποφθίμενός περ ἔμελλε
κεῖσθαι ὑπ' ἠελίῳ. πύθεσκε γὰρ ἔνδοθι σάρκας
ἰὸς ἄφαρ, μυδόωσα δ' ἀπὸ χροὸς ἔῤῥεεν ἀχνη.
αἶψα δὲ χαλκείῃσι βαθὺν τάφον ἐξελάχαινον
ἐσσυμένως μακέλῃσιν· ἐμοιρήσαντο δὲ χαίτας
αὐτοὶ ὁμῶς κοῦραί τε, νέκυν ἐλεεινὰ παθόντα
μυρόμενοι· τρὶς δ' ἀμφὶ σὺν ἔντεσι δινηθέντες
εὖ κτερέων ἴσχοντα, χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔθεντο.
Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐπὶ νηὸς ἔβαν, πρήθοντος ἀήτεω
ἀμπέλαγος νοτίοιο, πόρους τ' ἀπετεκμήραντο
λίμνης ἐκπρομολεῖν Τριτωνίδος, οὔ τινα μῆτιν
δὴν ἔχον, ἀφραδέως δὲ πανημέριοι φορέοντο.
ὡς δὲ δράκων σκολιὴν εἱλιγμένος ἔρχεται οἶμον,
εὖτέ μιν ὀξύτατον θάλπει σέλας ἠελίοιο·

1531. Ol. ἔῤῥεε λάχνη. Veram lect. ex uno cod. reſtituit Br. 1537. Ol. πρήσαντος. In 4. Pariſſ. πρήσοντος. 1538. Ol. πόρον τ' ἀπετεκμαίροντο. πόρους etiam Vr. 2. Vatt. ἀπετεκμήραντο Vr. un. Vat.

herosque *Iaſon*, gravi obſtupefacti clade.
neque vel tantillum mortuus poterat
jacere ſub ſole. nam putreſcere fecit intus carnes
venenum ſtatim; et putris de cute defluxit uligo.
ſtatim igitur aereis profundum ſepulcrum effoderunt
feſtinanter ligonibus: diviſerunt autem capillos inter ſe
ipſi ſimul et puellae, mortuum miſeram ſortem perpeſſum
lugentes; terque cum armis circumacti (circum ſepulcrum)
rite inferiis factis, terram aggeſtam adiecerunt.
At quum navem ingreſſi eſſent, urente vento
per mare auſtrali, et meatum inveſtigarent,
quo e palude Tritonide exirent, nullam rationem
diu habuerunt, ſed temere toto die ferebantur.
ut vero ſerpens oblique volvens ſe incedit via,
quando eum vehementiſſimum calefacit jubar ſolis,

ῥοίζῳ δ' ἔνθα καὶ ἔνθα κάρη στρέφει, ἐν δέ οἱ ὄσσε
σπινθαρύγεσσι πυρὸς ἐναλίγκια μαιμώοντι
λάμπεται, ὄφρα μυχόνδε διὰ ῥωχμοῖο δύηται·
ὣς Ἀργὼ λίμνης στόμα ναύπορον ἐξερέουσα
ἀμφεπόλει δηναιὸν ἐπὶ χρόνον. αὐτίκα δ' Ὀρφεὺς
κέκλετ' Ἀπόλλωνος τρίποδα μέγαν ἔκτοθι νηὸς
δαίμοσιν ἐγγενέταις νόστῳ ἔπι μείλια θέσθαι.
καὶ τοὶ μὲν Φοίβου κτέρας ἵδρυον ἐν χθονὶ βάντες·
τοῖσιν δ' αἰζηῷ ἐναλίγκιος ἀντεβόλησε
Τρίτων εὐρυβίης, γαίης τ' ἀνὰ βῶλον ἀείρας,
ξείνι' ἀριστήεσσι προΐσχετο, φώνησέν τε·
Δέχθε, φίλοι· ἐπεὶ οὐ περιώσιον ἐγγυαλίξαι
ἐνθάδε νῦν πάρ' ἐμοὶ ξεινήιον ἀντομένοισιν.
εἰ δέ τι τῆσδε πόρους μαίεσθ' ἁλός, οἷά τε πολλὰ
ἄνθρωποι χατέουσιν ἐν ἀλλοδαπῇ περόωντες,

1544. Codd. nonn. μαιμώωντι, vel μαιμώωντι. 1546. Ox. ὡς. 1549. Tres Pariſſ. γηγενέταις. Edd. pr. et codd. nonn. ἐπιμείλια.

et cum ſibilo huc illuc caput vertit, oculique ei
ſcintillis ignis ſimiles furenti
micant, usque dum latibulum per foramen ſubierit:
ſic *Argo* paludis oſtium tranſeundum navibus quaerens
oberrabat longum per tempus. ſtatim autem *Orpheus*
juſſit *Apollinis* tripodem magnum e navi
diis indigenis, exitus cauſa, placabile munus exponi.
itaque illi Phoebi donum ſtatuerunt in terra egreſſi.
iis juveni ſimilis obviam venit
Triton potentiſſimus, terraeque glebam ſublatam
donum hoſpitale heroibus porrexit et dixit:
„Accipite, amici, quoniam non mihi praeſtantius, quod praebeam,
huc venientibus nunc adeſt donum.
ſi vero hujus meatus cognoſcere cupitis maris, ut saepe
homines deſiderant (talia quaerere) in peregrina terra verſantes,

ἐξερέω. δὴ γάρ με πατὴρ ἐπιίστορα πόντου
θῆκε Ποσειδάων τοῦδ' ἔμμεναι. αὐτὰρ ἀνάσσω
παραλίης, εἰ δή τιν' ἀκούετε νόσφιν ἐόντες
Εὐρύπυλον Λιβύῃ θηροτρόφῳ ἐγγεγαῶτα."
Ὣς ηὔδα· πρόφρων δ' ὑπερέσχεθε βώλακι χεῖρας
Εὔφημος, καὶ τοῖα παραβλήδην προσέειπεν·
„Ἀτθίδα καὶ πέλαγος Μινώϊον εἰ σύ που, Ἥρως,
ἐξεδάης, νημερτὲς ἀνειρομένοισιν ἔνισπε.
δεῦρο γὰρ οὐκ ἐθέλοντες ἱκάνομεν, ἀλλὰ βαρείαις
χρίμψαντες γαίης ἐνὶ πείρασι τῆσδε θυέλλαις,
νῆα μεταχθονίην ἐκομίσσαμεν ἐς τόδε λίμνης
χεῦμα δι' ἠπείρου βεβαρημένοι· οὐδέ τι ἴδμεν,
πῇ πλόος ἐξανέχει Πελοπηΐδα γαῖαν ἱκέσθαι."
Ὣς ἄρ' ἔφη· ὁ δὲ χεῖρα τανύσσατο, δεῖξε δ' ἄπωθεν,

1560. Ol. παῤῥαλίης. E codd. emendatum a Br. 1567. ἐνὶ π. ſeptem codd. ap. Brunk. Vrat. 2. Vatt. Ol. ἐπὶ π. 1568. 2. Vatt. Vrat. et al. codd. μεταχρονίην. ἐς pro εἰς cum Br. et Vrat. 1570. Codd. nonn. ἐξανάγει.

indicabo. nam me pater gnarum maris
juſſit *Neptunus* hujus eſſe. impero vero
maritimae regioni, ſi forte quendam audiviſtis, cum longe abeſſetis,
Eurypylum in *Libya* ferarum nutrice natum."
Sic locutus eſt: lubens autem extendit verſus glebam manus
Euphemus, atque ita viciſſim allocutus eſt:
„Atticam et pelagus Minoïum (Creticum) ſi forte, heros,
cognoviſti, vere interrogantibus reſponde.
huc enim non lubentes venimus, ſed gravibus
dejecti ad terrae hujus fines procellis,
navem ſublatam portavimus, ad hunc ſtagni
fluxum per continentem pondere preſſi: neque ſcimus,
quorſum navigatio extendatur (exeat), ut in Pelopeïam terram veniamus."
Sic dixit. ille manum protendit, oſtenditque procul,

φωνήσας, πόντον τε καὶ ἀγχιβαθὲς στόμα λίμνης·
„Κείνη μὲν πόντοιο διήλυσις, ἔνθα μάλιστα
βένθος ἀκίνητον μελανεῖ· ἑκάτερθε δὲ λευκαὶ
ῥηγμῖνες φρίσσουσι διαυγέες· ἡ δὲ μεσηγὺ
ῥηγμίνων στεινὴ τελέθει ὁδὸς ἐκτὸς ἐλάσσαι.
κεῖνο δ' ὑπηέριον θείην Πελοπηΐδα γαῖαν
εἰσανέχει πέλαγος Κρήτης ὕπερ· ἀλλ' ἐπὶ χειρὸς
δεξιτερῆς, λίμνηθεν ὅτ' εἰς ἁλὸς οἶδμα βάλητε,
τόφρ' αὐτὴν παρὰ χέρσον ἐεργμένοι ἰθύνεσθε,
ἔς τ' ἂν ἄνω τείνῃσι· περιρρηδὴν δ' ἑτέρωσε
κλινομένης χέρσοιο, τότε πλόος ὔμμιν ἀπήμων
ἀγκῶνος τετάνυσται ἀπὸ προὔχοντος ἰοῦσιν.
ἀλλ' ἴτε γηθόσυνοι, καμάτοιο δὲ μή τις ἀνίη
γιγνέσθω νεότητι κεκασμένα γυῖα μογῆσαι.“

1575. Ol. ἤδη, ſed codd. etiam Vr. ἡ δέ. 1577. ὑπ' ἠέριον Vrat. 2. Vatt. 1581. Ol. περιῤῥήδην. 1583. Plures codd. etiam Vrat. 2. Vatt. ἰθὺς ἀπὸ προὔχ. Vnde exſtitit olim vulg. lectio: ἰθὺς προὔχοντος, quae metro et ſenſui repugnat. 1585. Ol. γινέσθω.

clamans, et mare et prope terram profundum oſtium paludis.
„Ille quidem, inquit, eſt maris tranſitus, ubi maxime
profunda aqua immota nigreſcit; utrimque autem candida
littora extolluntur conſpicienda; ſed inter
littora anguſta eſt via, qua e palude navem agatis.
illud vero nigrum ad divinam usque Pelopeïam terram
prominet mare, ſuper Creta: itaque verſus dextram,
quando e palude altum mare fueritis ingreſſi,
tum ipſam ad terram cohibiti, vertite curſum,
donec altius tendat: ubi vero utrinque in aliam partem
vergit terra, tum navigatio vobis tuta
a cubito prominente abeuntibus protenditur (erit).
ite igitur laeti, nec laboris ulla moleſtia
ſit, quae juventute ornata membra defatiget.“

Ἴσκεν εὐφρονέων· οἱ δ' αἶψ' ἐπὶ νηὸς ἔβησαν
λίμνης ἐκπρομολεῖν λελιημένοι εἰρεσίῃσι.
καὶ δὴ ἐπιπρονέοντο μεμαότες· αὐτὰρ ὁ τείως
Τρίτων ἀνθέμενος τρίποδα μέγαν, εἴσατο λίμνην
εἰσβαίνειν· μετὰ δ' οὔ τις ἐσέδρακεν, οἷον ἄφαντος
αὐτῷ σὺν τρίποδι σχεδὸν ἔπλετο. τοῖσι δ' ἰάνθη
θυμὸς, ὃ δὴ μακάρων τις ἐναίσιμος ἀντεβόλησε.
καί ῥά οἱ Αἰσονίδην μήλων ὅ τι φέρτατον ἄλλων
ἤνωγον ῥέξαι, καὶ ἐπευφημῆσαι ἑλόντα.
αἶψα δ' ὅγ' ἐσσυμένως ἐπεκρίνατο, καί μιν ἀείρας
σφάξε κατὰ πρύμνης, ἐπὶ δ' ἔννεπεν εὐχωλῇσι·
„Δαῖμον, ὅ τις λίμνης ἐπὶ πείρασι τῆσδ' ἐφαάνθης,
εἴτε σύ γε Τρίτων, ἅλιον τέρας, εἴτε σε Φόρκον,

1587. Ol. εἰρεσίῃσιν. 1588. ὁ τείως omnium libb. lectionem teneo, etſi ſentio cum Br., τείως abeſſe recte poſſe. Ipſe e conject. dedit: αὐτὰρ ὅγ' ὤμοις, quod ἀνθέμ. tale vocabulum poſtulet. Poterat ſcribi: ὁ θεῖος. 1592. Ol. ἀντεβόλησεν. 1594. ἐπευφήμησαν Vrat. 2. Vatt. 1595. ἐπεκρίνατο. Ita ex uno Pariſ. cod. dedi. Ol. ἐκρίνατο. Br. ex ingenio: εὖ κρίνατο. 1597. Ol. τῆσδε φαάνθης. E codd. Brunk. correxit. 1598. Codd. nonn. εἴτε σε Τρίτων'. Mox ol. Φόρκυν.

Dixit benevolus: illi ſtatim navem conſcenderunt
e palude exire cupientes remigando.
atqui procedebant alacres. at interea
Triton impoſito ſibi tripode magno, videbatur paludem
ingredi: poſtea autem nemo eum vidit, ut evanuerat
cum ipſo tripode ſtatim. illis vero exhilaratus eſt
animus, quod nempe deorum aliquis fauſto omine occurrerat.
atque Iaſonem ovium quae praeſtantiſſima erat aliarum
juſſerunt immolare, et bona verba dicere ea capta (mactata).
ſtatim ille celeriter ſelegit (ovem) eamque ſublatam
mactavit de puppi, hasque preces addidit:
„O deus, quicunque in paludis hujus terminis apparuiſti,
ſive tu Triton es, marinum monſtrum, ſive te *Phorcum*

ἢ Νηρῆα θύγατρες ἐπικλείουσ' ἁλοσύδναι,
ἵλαθι, καὶ νόστοιο τέλος θυμηδὲς ὀπάζε."
Ἦ ῥ', ἅμα δ' εὐχωλῇσιν ἐς ὕδματα λαιμοτομήσας
ἧκε κατὰ πρύμνης· ὁ δὲ βένθεος ἐξεφαάνθη
τοῖος ἐὼν, οἷός περ ἐτήτυμος ἦεν ἰδέσθαι.
ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ θοὸν ἵππον ἐπ' εὐρέα κύκλον ἀγῶνος
στέλλῃ, ὀρεξάμενος λασίης εὐπειθέα χαίτης,
εἶθαρ ἐπιτροχάων· ὁ δ' ἐπ' αὐχένι γαῦρος ἀερθεὶς
ἕσπεται, ἀργινόεντα δ' ἐνὶ στομάτεσσι χαλινὰ
ἀμφὶς ὀδακτάζοντι παραβλήδην κροτέονται·
ὡς ὅγ' ἐπισχόμενος γλαφυρῆς ὁλκήϊον Ἀργῦς
ἦγ' ἅλαδε προτέρωσε. δέμας δέ οἱ ἐξ ὑπάτοιο
κράατος, ἀμφί τε νῶτα καὶ ἰξύας ἔς τ' ἐπὶ νηδὺν,
ἀντικρὺς μακάρεσσι φυὴν ἔκπαγλον ἔϊκτο·
αὐτὰρ ὑπὲκ λαγόνων δίκρη ῥά οἱ ἔνθα καὶ ἔνθα

1601. Ol. ἐς ὕδατα. E codd. mutavit Br. Idem mavult: Ἦ, καὶ ἅμ' εὐχ. 1604. ἐπ' εὐρ. cum Vrat. et ſex codd. Br. Ol. ἐπ' εὐρ. 1605. στέλλῃ Vrat. Vatt. ſex codd. Br. Ol. στέλλει. Mox ol. εὐπειθέα. 1607. Plures codd. cum Flor. ἐπὶ στομάτ. 1612. Brunk. ſine codd. ἄντικρυς. Sed vulg. bonum dat ſenſum. 1613. Ol. ὑπαὶ λ. δικραίρα οἱ. In 2. Vatt. et al. codd. δίκραι ῥα.

aut *Nereum* filiae appellant marinae,"
propitius eſto, et exitus finem optatum indica."
Dixit, et una cum precibus in fluctus jugulatam
miſit de puppi; ille ex profundo apparuit
talis, qualis vere erat adſpiciendus.
ut vero, quando quis celerem equum in latum ſtadium certaminis
mittit, tenens denſa facile obſequentem coma,
valde feſtinans, ille elata ſuperbiens cervice
ſequitur, et candida (ſpumantia) in ore frena
utrinque ei mordenti viciſſim crepitant;
ſic ille tenens cavae caudam Argus
duxit eam in mare ulterius, corpus ei ex ſummo
capite et circa dorſum lumbosque usque ad ventrem
aperte mortalibus natura erat ſimile.
at ſub lateribus bifida ei huc illuc

κήτεος ὁλκαίη μηκύνετο· κόπτε δ' ἀκάνθαις
ἄκρον ὕδωρ, αἵ τε σκολιοῖς ἐπὶ νειόθι κέντροις,
μήνης ὡς κεράεσσιν ἐειδόμεναι, διχόωντο.
τόφρα δ' ἄγε, τέως μιν ἐπιπροέηκε θαλάσσῃ
νισσομένην· δῦ δ' αἶψα μέγαν βύθον· οἱ δ' ἐμάδησαν
ἥρωες, τέρας αἰνὸν ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἰδόντες.
ἔνθα μὲν Ἀργῷός τε λιμὴν καὶ σήματα νηὸς,
ἠδὲ Ποσειδάωνος ἰδὲ Τρίτωνος ἔασι
βωμοί· ἐπεὶ κεῖν' ἦμαρ ἐπέσχεθον. αὐτὰρ ἐς ἠῶ
λαίφεσι πεπταμένοις αὐτὴν ἐπὶ δεξί' ἔχοντες
γαῖαν ἐρημαίην, πνοιῇ Ζεφύροιο θέεσκον.
ἦρι δ' ἔπειτ' ἀγκῶνά θ' ὁμοῦ, μυχάτην τε θάλασσαν
κεκλιμένην ἀγκῶνος ὑπὲρ προὔχοντος, ἴδοντο.
αὐτίκα δὲ Ζέφυρος μὲν ἐλώφεεν, ἤλυθε δ' αὔρη
ἀργέσταο Νότου· χήραντο δὲ θυμὸν ἰωῇ.

1614. Flor. Hoelzl. Ox. ἀλκαίη, ſed codd. plurimi ὁλκαίη. 1617. Ol. ἄγεν. Male ed. Brunk. ἐπιπροέηκε. 2. Vatt. ἐπιπροέθηκε. 1618. Ol. νασσομένην. Etiam Vrat. νισσ. 1619. Ol. ἐπ' ὀφθ. 1628. Ol. κεχάροντο. 2. Vatt. κεχάρηντο. E 4 Pariſſ. datum χήραντο.

ceti cauda longior exibat, et verberabat ſpinis
ſummam aquam, quae inflexis in imo ſtimulis,
lunae veluti cornibus ſimiles, ſindebantur.
tamdiu autem navem duxit, usque dum eam in mare ituram immiſit, ſubiitque celeriter ingens profundum aequor: fremunt
heroës, monſtrum terribile oculis contuiti.
ibi *Argous* portus, ſignaque navis,
et *Neptuni* et *Tritonis* exſtant
arae; quoniam per illum diem detenti ſunt. at ſub auroram
velis paſſis ipſam ad dextram habentes
terram deſertam, flatu Zephyri vehebantur.
mane d[illegible] cubitum ſimul, et imum mare
inclinatum ultra cubitum prominentem viderunt.
ſtatim vero ceſſavit Zephyrus, exſtititque flatus
velocis Noti: laetati igitur ſunt animo et vociferati.

ἦμος δ᾽ ἠέλιος μὲν ἔδυ, ἀνὰ δ᾽ ἤλυθεν ἀστὴρ
αὔλιος, ὅς τ᾽ ἀνέπαυσεν ὀϊζυροὺς ἀροτῆρας,
δὴ τότ᾽ ἔπειτ᾽, ἀνέμοιο κελαινῇ νυκτὶ λιπόντος,
ἱστία λυσάμενοι, περιμήκεά τε κλίναντες
ἱστὸν, ἐϋξέστῃσιν ἐπεῤῥώοντ᾽ ἐλάτῃσι·
παννύχιοι καὶ ἐπ᾽ ἦμαρ, ἐπ᾽ ἤματι δ᾽ αὖτις ἰοῦσαν
νύχθ᾽ ἑτέρην. ὑπέδεκτο δ᾽ ἀπόπροθι παιπαλόεσσα
Κάρπαθος· ἔνθεν δ᾽ οἵ γε περαιώσεσθαι ἔμελλον
Κρήτην, ἥ τ᾽ ἄλλων ὑπερέπλετο εἰν ἁλὶ νήσων.
Τοὺς δὲ Τάλως χάλκειος, ἀπὸ στιβαροῦ σκοπέλοιο
ῥηγνύμενος πέτρας, εἶργε χθονὶ πείσματ᾽ ἀνάψαι,
Δικταίην ὅρμοιο κατερχομένους ἐπιωγήν.
τὸν μὲν χαλκείης μελιηγενέων ἀνθρώπων
ῥίζης λοιπὸν ἐόντα μετ᾽ ἀνδράσιν ἡμιθέοισιν
Εὐρώπῃ Κρονίδης νήσου πόρεν ἔμμεναι οὖρον,
τρὶς περὶ χαλκείοις Κρήτην ποσὶ δινεύοντα.

1634. Ol. ἴσαι. E codd. correxit Br. Male ol. poſt ἦμαρ colon, poſt ἑτέρην comma poſitum. In 2. Vatt. δ᾽ poſt ὑπέδεκτο omittitur. 1640. Flor. et al. edd. ut et Vr. 2. Vatt. ἐπ᾽ ἰωγήν.

cum vero ſol occidiſſet, rediiſſetque ſtella
veſpertina, quae ceſſare iubet laborioſos aratores,
tum deinde, vento atra nocte ceſſante,
ſolutis velis, et longiſſimo reclinato
malo, politis incumbebant remis
nocte tota et die, atque diem ſequente
nocte alia. excepit autem eminus aſpera
Carpathus: inde trajecturi erant
in *Cretam*, quae inter alias eminebat mari inſulas.
Hos vero *Talos* aereus, a duro ſcopulo
abrupta jaciens ſaxa, prohibuit terra funes alligare
ad *Dictaeum* ſtationis navium deventuros praeſidium.
eum ex aenea e fraxinis genitorum hominum
ſtirpe ſolum ſuperſtitem inter ſemideos viros
Europae Iupiter dederat, ut inſulae eſſet cuſtos,
qui ter aereis Cretam pedibus obiret.

ἀλλ' ἤτοι τὸ μὲν ἄλλο δέμας καὶ γυῖα τέτυκτο
χάλκεος ἠδ' ἄῤῥηκτος· ὑπαὶ δέ οἱ ἔσκε τένοντος
σύριγξ αἱματόεσσα κατὰ σφυρόν· αὐτὰρ ὁ τῆς γε
λεπτὸς ὑμὴν ζωῆς ἔχε πείρατα καὶ θανάτοιο.
οἱ δὲ, δύῃ μάλα περ δεδμημένοι, αἶψ' ἀπὸ χέρσου
νῆα, περιδείσαντες, ἀνεκρούεσκον ἐρετμοῖς.
καί νύ κ' ἐπισμυγερῶς Κρήτης ἑκὰς ἠέρθησαν,
ἀμφότερον δίψῃ τε καὶ ἄλγεσι μοχθίζοντες,
εἰ μή σφι Μήδεια λιαζομένοις ἀγόρευσε·
„Κέκλυτέ μευ· μούνη γὰρ ὀΐομαι ὔμμι δαμάσσειν
ἄνδρα τὸν, ὅστις ὅδ' ἐστὶ, καὶ εἰ παγχάλκεον ἴσχει
ὃν δέμας· ὁππότε μή οἱ ἐπ' ἀκάματος πέλοι αἰών.
ἀλλ' ἔχετ' αὐτοῦ νῆα θελήμονες ἐκτὸς ἐρωῆς
πετράων, εἵως κεν ἐμοὶ εἴξειε δαμῆναι.“
Ὣς ἄρ' ἔφη· καὶ τοὶ μὲν ὑπὲκ βελέων ἐρύσαντο

1647. Ol. τήν γε. 1650. Ol. περιδδείσαντες ἀνακρούεσκον. Poſtremum e codd. Br. mutavit. 1653. Ol. σφιν M. E codd. correctum. 1656. Steph. ὑπ' ἀκάματος. (Neſcio an ita in nonn. Vatt. ſit). Mox ol. πέλει. 1659. Ol. ὑπ' ἐκ.

at is reliquo corpore et membris erat
aereus et invulnerabilis, ſed ſub tendine ei erat
canaliculus ſanguine plenus (venae) ad malleolum: at vero
tenuis cuticula vitae continuit terminos et mortis.
illi, adverſa re coacti, ſtatim a terra
navem, valde metuentes, repulerunt remis.
atqui miſere a Creta procul eſſent ablati,
pariter et ſiti et doloribus oppreſſi,
niſi Medea ipſis properantibus dixiſſet:
„Audite me: ſolam enim puto me vobis domituram eſſe
virum illum, quicunque iſte eſt, etiamſi totum aereum habeat
corpus; quandoquidem non ei immortalis eſt vita.
at tenete hic navem lubentes extra jactum
ſaxorum, uſque dum mihi ceſſerit domitus.“
Ita dixit: at illi quidem ſaxis ſubtraxerunt

νῆ' ἐπ' ἐρετμοῖσι, δεδοκημένοι ἥν τινα ῥέξει
μῆτιν ἀνωΐστως· ἡ δὲ πτύχα πορφυρέοιο
προσχομένη πέπλοιο παρειάων ἑκάτερθε,
βήσατ' ἐπ' ἰκριόφιν· χειρὸς δέ ἑ χειρὶ μεμαρπὼς
Αἰσονίδης ἐκόμιζε διὰ κληΐδας ἰοῦσαν.
ἔνθα δ' ἀοιδῇσι μειλίσσετο, μέλπε δὲ Κῆρας
θυμοβόρους, Ἀΐδαο θοὰς κύνας, αἳ περὶ πᾶσαν
ἠέρα δινεῦσαι ἐπὶ ζωοῖσιν ἄγονται.
τὰς γουναζομένη τρὶς μὲν παρεκέκλετ' ἀοιδαῖς,
τρὶς δὲ λιταῖς· θεμένη δὲ κακὸν νόον, ἐχθοδοποῖσιν
ὄμμασι χαλκείοιο Τάλω ἐμέγηρεν ὀπωπάς·
λευγαλέον δ' ἐπί οἱ πρῖε χόλον, ἐκ δ' ἀΐδηλα
δείκηλα προΐαλλεν, ἐπιζάφελον κοτέουσα.
Ζεῦ πάτερ, ἦ μέγα δή μοι ἐνὶ φρεσὶ θάμβος ἄηται,
εἰ δὴ μὴ νούσοισι τυπῇσί τε λυγρὸς ὄλεθρος

1660. *ἐρετμοῖσι* Vrat. 2. Vatt. al. codd. Ol. *ἐρετμοῖσιν*. Tum ol. *ῥέξοι*. Etiam Vat. un. *ῥέξαι*. 1664. Ol. *κληῗδος*. 1665. Ol. *ἀοιδῇσιν* — *θέλγε δέ*. Vtrumque e codd., quibus Vatt. Vr. accedunt, correctum. 1671. Ol. *πρῖν*. 1672. Plur. codd. *δί-κηλα*. Mox Brunk. *ἐπιζάφελον* (accentu in antepen. poſito). 1674. Ol. *μοῦνον ὄλ*. Vnus et optimus Par. cod. praebuit *λυ-γρός*.

navem remis, obſervantes, quodnam exſecutura ſit (Medea)
conſilium praeter opinionem: illa, plicas purpurei
praetendens pepli genis ex utraque parte,
conſcendit foros; manuque eam prehenſam
Iaſon deduxit per tranſtra euntem.
tum incantatione delinivit, invocavitque Parcas
vitam eripientes, Orci celeres canes, quae per omnem
aërem verſantes viventibus immittuntur.
has ſupplex venerata ter advocavit incantationibus,
ter precibus: ſumto autem noxio animo infeſtis
oculis aerei Tali faſcinavit lumina.
peſtiferam vero ei afflavit bilem, et atra
ſimulacra objecit, vehementer infenſa.
